Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

800. Antiquitates Monasterii Lubinensis O.S.B. per P. Barthol. Krivinium ejusdemmonasterii... cum annotationibus per R... Stanisław Kieszkowski, Abbatem Lubinensis (pocz. XIX w.).

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Львівська бібліотека
АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
Бав. 800

Nr. 800.
Bibl. hr Baworowskich
we Lwowie.

IV. E. 41.

Laudetur JESUS Xtus

ANTIQUITATES
Monasterij
LUBINENSIS
Ordinis S. BENEDICTI:

Per P. Bartholomeum krovinum,
ejusdem Monasterij Professum,
Conscriptae

una cum Annotationibus per Rdssmum
Stanislaum kieszkowski Abbatem
Lubinensem factis.

Ex Autographo, copia horum facta Chamosciae
per. P. Amandum Plaviński & per me P. Bedam krzystkowicz
cum Autographo controntata.

Ks. Kołłątajowie

I.

PRAEFATIO
Ad Reverendos Patres et Fratres Monasterij Lubinensis Professos.

Quæ de rebus Monasterij nostri, quà publicè, quà privatim, antiquitus gestis, ex authentiis, aetatisq; ejus archivi fide dignis, monumentis, in unum congessi; hoc fasciculo colligata, conspectui Vestro præsento, Patres et Fratres in Christo Charissimi. Sed vero laboris ut subirem, causa talis induxit. Ante annos aliquot, dum Vetusta Cœnobij nostri Privilegia, et Varia Superiorum aetatum scripta, pervolutarem, tabulam Successionis Abbatum hujus loci, suo ordine, et nudis eorum nominibus conscripseram, communi Fratrum usui destinatam. Quam ubi Superiores nostri legerunt, ac probarunt, simul hortati sunt, ut si quid de rebus eorum gestis, memoratu dignis, ibidem reperire possem, id quoq; utilitatis publicæ causa, transferrem. Negavi, me, rem tam arduam, vix præstare posse, tenuitatis meæ conscius sis, quibus plus ingenij, ac doctrinæ suppeteret, provinciam hanc demandari postulans. At, cum nullus operi manum admoveret, id non solum, a Superioribus; sed a cæteris quoq; Fratribus expeti viderem; stimulis eorum incitatus, resumpsi animum, et Obedientiæ meritò, non mej ingenij viribq fretus, vadum hunc, nemini hactenus pervium, tentare ausus sum;

mallem,

BIBLIOTEKA W.B.

mallens, jussa capessendo, fauere, quo potui, quam obluctando, Fratres meos, rerum necessariarum notitia defraudare. Eo igitur fine, quicquid in hanc rem conduceret, ex diuersorum Archiui nostri manuscriptorum tum et gentis nostræ Chronicorum lectione perscrutari; vel Seniorum Patrum, certa, et per Antecessores sibi traditæ, relatione, discere potui; primum in Chartas excepi, post, multo labore, Sua, Cujusq Abbatis gesta, quorum copiam nactus sum, fideliter referens, etatum ac annorum serie seruata, in eum qui sequit ordinem redegi. Innocentii hui quoq, suis temporibus bullas, et confirmationes Summorum Pontificum: Regum ac Ducum præcipua Priuilegia: Episcoporum, et Commissariorum Apostolicorum decreta: Epistolas in Monasterij negotijs diuersas; aliaq his similia, quæ ad plenioris historiæ intelligentiam, ac lucem: fidelibq ei conciliandæ fauere videbantur, tum, ut casu quo illa deperirent, contigerit: sicut hactenus plerisq accidit: eorum exemplaria ingruente necessitate, hinc peti possint. Quod vero primordia, ab Origine Cœnobij hujus, Abbatum, ad Annum circiter 1200 successiue præsidentium, nomina, rerq extremo tantum digito attigerim, in cæterorum quoq, qui hos, immediate, duabus annorum centurijs, id est ab anno prædicto 1200, ad Annu usq Christi 1400, in regimine Abbatiali secuti sunt; actis reuerendis, breuior, quam par erat, fuerim, culpa est non mea, sed majorum, qui gesta eorum calamo digna, ad posterorum memoriam scriptis mandare supersederunt: quo factum est, ut et ego, eadem veloci saltu, trajicere coactus fuerim, cum ad ea ampliandæ, præter hæc pauca, a me hucusq adducta, alia mihi, ex antiquis Monasterij monumentis, adjumenta, nulla præstò essent. Sarciens hanc ruinam, quæ his succreuit ætates. Nam illæ quo nostro huic seculo, fuere editiores: eo uberiorem mihi, ex recentibus tabulis, de res Abbatum, sub eorum præsidentia gestas, describendas, materiam præbuerunt. Et cum hic liber, Vos potissimum, Patres et Fratres in Christo Charissimi, spectet; ut pote Vestri causa, ac de rebus Monasterij Vestri, de industria conscriptus; proinde ei fraterni mei erga Vos amoris, et obseruantiæ, pignus, Vobis offero, et in manus trado. Poteritis, ut spero, ex eius lectione, aliquid emolumen-

ti in Vestram partem deivare. Nam dempto eo, quod, quæ spansa,
hic et illic, per archiva nostri chartas, ad cognitionem antiquitatum hujus
loci, non sine magno labore Vobis conquirenda essent. hunc libro, si-
mul comprehensa, facili negotio invenietis; Etiam ex eo discetis, origine,
et Conditatem Cœnobij nostri, de quo hactenus, in tanta sententiarum
quibus inter se Chronistæ Colbrini confligunt, diversitate, nihil certi,
aut exploratj, affirmare ausi estis. Discetis, et de colonia; unde illa pri-
mitus, in Monasterium hoc fuerit inducta, et qua ratione, exactis olim,
omnibus ejus pagis Fratribus dispersis, sacta tecta, hucusq servata.
Discetis et dotem Cœnobij nostri, a prima sui fundatione, tenuem: Ma-
jorum nostrorum pietate, et vitæ sanctioris exemplis, per Benefactores
fuisse cumulatam; post vero, hominum alienis inhiantium, avaritia, et
rapacitate, ad infimam sortem redactam. Discetis et profundam, quo-
rundam Abbatum hujus Monasterij in abdicando sponte Magistra-
tu, DEO, sibiq vacandi studio, animi demissionem, et eam Vobis imi-
tandam proponetis: è diverso, aliorum ad honores, et regimen concurren-
tium, præpostoram ambitionem, ubi legeritis, execrati damnabitis, et ex
Monasterio proscribetis. Discetis, et videndam aliquot Præpositorum,
cum Abbatibus, ad exactiendum Monastica subjectionis jugum, jure de-
certantium, temeritatem, et ex hic ausis eorum perniciosis, salubre præm-
ptæ pacitionis, et observantiæ, Superioribus per Vos deferendæ, studium,
elicietis. Hinc denique cognoscetis, Abbatum Monasterij nostri, ordine
suo contextam successionem, rerum bene, male, apud nos gestarum
exempla: Ducum hic Regum, propensum in hunc locum animum, Pri-
vilegia, et libertates præcipuas, ab jis auctas: Capitulorum Generalium
decessus; et electionem Abbatum, inversionem, Majorum nostrorum, in
propugnandis Monasterij juribus, invictam animi constantiam, et
plerag alia, situ vestro, non minus digna, quam necessaria; hinc
addiscetis; et eo modo ignominiam illam, quâ olim, Græcos, Plato,
et Homerus notabant. hic agrestes, ille semper pueros apel-
lantes, quid verum, gentis vide, præsentium saltem gnari, de

Plato in Ty
mæo; Homerus O=
diss: 10.

vetustis,

vetustis, nullam canam scientiam, haberent, ne Vos quoq, incurva-
tis, obviam ibitis. Nec hoc meo conatu, alicui quicquam, proreptu
volo, imo vero jis, qui in hoc genere melius aliquid, et exactius, pre-
stare possint; materiam, in qua vestigandâ, multum desudare debe-
rent, promptam subministro. Det mihi licebit, aljis, quæ hic desiderant,
supplere, seu errata corrigere; vel certè ex aliunde conquisitis, strue-
rem, ex domesticis tantùm fontibus hausta sunt. Novum opus
auctius, et consummatius, elaboratum in lucem proferre. Ut ut fu-
erit, mihi satis esto, Superiorum Jussis, pro viribus morem gerenti,
primam hanc fregisse glaciem, et ad idem, in posterum festinandum,
Fraternitatibus Vestris, eatenus quasi digito, viam commonstrasse.

ANTIQVITATUM MONASTERII LUBINEN. LIBER PRIMUS.

De Fundatione Monasterii Ejusdem Ordinis S. Benedicti.

Quoniam inter antiquitates Monasterii hujus, quas, DEO juvante, hoc libro commemorandas suscepi, fundatio ejus, cum dotatione, primum obtinet locum; ordinis ratio postulat, ut ab ea narrationis meæ filum ordiar. Sciendum est itaq; Ordinem D. Benedicti, una cum S. Adalberto, ex Archi-Eppo Pragensi, Romæ apud S. Bonifacium Benedictino Monacho, ac post Archi-Eppo Gnesnen, circa Annum Christi 994. in Poloniam venisse.(a) Complexum obijs aliis, ob sanctitatis famam, in primis, Bolesslaus Chrobry Dux, et post Eum alij Principes, ereitis Cœnobijs, et amplis fundi dotibus attributis, in Regno propagarunt. Nam primum omnium, Sæ Crucis Cœnobium; prædictum Bolesslaum, sumptu Regio extruxisse; patrimonium ei sufficiens assignasse, historia Polonica testatur. Idem, elapso quadriennio, Cœnobium Sieciechoviense; cum plurimis prædijs, fundavit; contulit ei quoq; ditionis suæ pagos, Sieciecho Palatino Cracoviense, ac postea Bolesslao Crivousto, Rege, alijs proventibus, eandem donationem cumulante.(b) Tandem circa Annum Christi 1044. Casimirus I. Rex Poloniæ, auctis è Monasterio Cluniacensi, ubi quondam Monachum

(a) vid: Annotationes in fine Libri, quæ semper observa.
A: 1000.
Cromerus Lib: 3. Pag: 59. antiq: Editus; Miechov: Lib: 2. Cap: 3.
A: 1010. (b)
Crom: Lib 3. Pag: 59. Hartknoch: Lib 3. Cap: 6. Miech: Lib 3. Cap: 14.
A: 1044. (c)
Crom: Lib: 4. Pag: 77.

egit,

egit, Benedictinis Fratribus duo Cœnobia, Tinecense, et Lubense, liberali ac plane Regia dote provisa condidit. Tinecensi post aucssere, Hiazniccnsia Bona, Jubitha Regina Poloniæ, beneficia adepta. Demum auxit ea, Dux Osviecimen. Wladislaus, aliquot pagis, ac aljs censibus in gratiam Wladimiri filji sui in eodem Cœnobio, Monachum Professi. Parentis Casimiri, munificentiam, filig emulatus, Boleslaus Rex audax, Mogilnense Monasterium construxit, vivens; ac Benedictinis in eo collocatis ditavit, verba sunt Cromeri; et Joannes Dlugossus, pingues ejus census, fuse recenset (d)

Circa A. 1086. Crome. Lib. 5. pag. 94. Circa A. 1250. sub Daniele Abbate.

Cromer. Lib. 4. pag. 91.

Dlugos. Lib. 3. Tom. 1. pag. 23.

(d) Huic successit Abbatia Plocensis, quæ itidem Duces Masoviæ et in fundatione Parentes et in dotatione Benefactores agnoscit. Proximum tenet locum Cœnobium Lubinense, circa annum Chr. 1113 erectum. Sed cum de ejus Authore, diversi diversa sentiant, ac indaganda veritatem, singulorum opiniones in medium proferre, atq; accuratius expendere operæ pretium fuerit. Et imprimis sunt, qui Originem Cœnobij hujus referunt ad Casimirum I. Regem Polon: Fundatorem, ut dictum est Cœnobiorum Tinecen, et Lubensis, ignari aliud esse, monasterium Lubense, a Lubinensi; aliud in Silesia ad fluvium Odra, hoc Majoris Poloniæ, non procul Obra amne sita. Nimirum in eo, quod sibi sint, Vocum affinitate vicina, ac utrag Benedictinis Cluniacensibus, primitus attributa, plerig offendunt, dum, quæ in historiis de Lubensi traduntur, de Lubinensi dicta putant, et vicissim alterum, pro altero interpretati. Nam et ipsos Historiographos, hic etiam lapsos fegimus ut in diversis eorum editionibus, videre licet. Ita Miechovius, in Chronicis Lubinensem Abbatem, dicere volens, Lubensem inaudus appellavit. Dlugossus quoq; in Historia Poloniæ, pro Monasterio Lubensi, Lubinense Diœcesis Wratislaviensis, Ordinis Cisterciensium dose posuit. Sic et Bielskius impegit, memorans, Cœnobium Lubinense, ad Odram fluvium esse sitam, pariter Cromerus, ac Varia,

Anno 1113. Dlugoss. Lib. 4. Crom: Lib. 3. pag. 114.

Lib. 3. pag. 57. et pag. 174.

Dlugoss. pag. 439. et Seq.

In Chronic. pag. 140. Edit. A. 1597. Crom: Lib. 7. pag. 108.

quod hic,

quod hic, de Landensi, ille de Lubensi Monasterio, ex vero asserere debuit. Quod igitur fundationem Casimiri Regis attinet: de Lubensi ad Odram in Silesia, quæ tunc una, ex provincijs Regni nostri fuit aui fiendam esse, præter alios, Cromerus docet illis verbis: — „ Lustrato per circuitum Regno, Casimirus, memor pristinæ conditionis, et Vi- „ ta Monasticæ, Cluniacum, ubi Monachus fuerat; legationem, cum „ amplis muneribus mittit, aliquot Monachos, ad se mitti postulat, qui „ sedes illic, quasi quasdam colonias, in Poloniam deducant. Mittuntur „ duodecim; quibus partim Tinecium arcem, cum à Gaudia milliari dis- „ tantem, cum centum amplius pagis; partim Lubense oppidum, ad Od- „ ram situm, cum compluribus itidem pagis, ac proventibus alijs, attribuit. „ Hunc ego Cromerus. Hujus Cœnobij domicilio, ac regimine, a prima fun- dationè Cluniacenses potiti, tandem post sexaginta annos, Cisterciensibus illud cesserunt, adnitente Duce Boleslao, ut refert Miechovius, in hunc modum: „ Boleslaus Dux Vratislaviæ, dictus Altus, (e) ex- „ clusis de Monasterio Lubensi Monachis, Ordis S. Benedicti, per Re- „ gem Casimirum, olim ex Monasterio Cluniacensi introductis, vocavit Cis- „ tercienses, ex Monasterio Portuensi sumptos, cum consensu Tymotai Epi- „ scopi Vratislaviæ, et Micislai Monarchæ Regni Poloniæ sui Patrui. „ Fuit autem primus Abbas Cisterciensis, in prædicto Monasterio Lubensi, „ Florentius, &c: „ Idipsum et Lubense Cœnobium, pro se testatur, se- quentibus hexametris, licet insuetis, nec rectè suis numeris constantibus, ex ejus Ecclesia transumptis.

Lib. 4. pag: 77.

Lib: 3. Cap: 26. ex Crom: L. 7. pag: 102. (e)

Est locus iste Lubens, Julio de Cæsare dictus,
Sclavonizando loquens, consuevit dicere vulgus,
Lubens: nam Julius, hic primus castrametatus,
Gentilis et populus, est hic fanum Veneratus;
Annos per mille, quoque Christo credidit ille,
Tunc Monachis ritis, hic est data mansio Claustri,
Per Regem Monachum, constructis Casimirum,

Ex Tabula in Ecclesiæ muro affixa.

Qui fuit,

Qui fuit Ottonis, terni nepos Imperatoris
Et tenuit Regnum, quartus, Red iste Polonum;
Hic Sancto, populum studuit, Jacobo Capellam,
Ad quam manserunt: populumq fidem docuerunt.
Annos per multos: Boleslaus quoq; Altus,
Illos mutavit, grijseos Monachosq vocavit;
De Sorta Claustro Bernardi: hic post tumultus,
Conjuge, cum matre, nato pariterq Joanne:
Hic laudare DEUM &c: &c: &c:

Ex his palam est, Casimirum non Lubinen, Sed Lubensis Cœnobij Conditorem fuisse.

Tom: I. Lib 4. pag: 439.

Dlugossus de fundatione Monasterij Lubinensis, variat. Scribit enim sic, Michaelem Comitem fundatorum ejus, pulchrè pinxit illis verbis: " Singularis devotionis, et zeli in DEUM et Religionem Christianam " Comes Michael, natione Polonus, de domo ac familia Nabdank, fun- " dato, ac dotato de propriis bonis Monasterio Lubinen Ord: S. Be- " nedicti, " moritur et ibidē sepelitur. " posterius vero sibi imponit, dum immemor eorum, quæ antea dixit, Mieciſlaum Ducem Fundatorem ipsi supponit. Ejus etiam errore inductus, Joachimus Bielskius, duo Cisterciensium Cœnobia, Landense, et Wagrowiense, unum Benedictinum Lubinense: ab eodem Mieciſlao extructa fuisse contendit. Utriq unum responsum est. Fundationem Cœnobij Lubinen, Mieciſlao Duci, nullo modo attribui posse, quod illud tempora Mieciſlai antiquitate superavit. Monasterium enim Lubinense, Anno Christi 1113. fundatum esse Dlugossus perhibet: Mieciſlaum vero in lucem editum, anno demum 1132, Cromerus in Chronicis testat. Quomodo igit Cœnobij hujus, Conditor esse potuit, qui non illud fundaretur, nedum in vivis fuit? Eandem hanc Joachimus, hausit ex historia Parentis sui Martini Bielskij, male examinato textu, verborum ipsius de fundatione Cœnobij Lubinensis, quorum tenor

„A: C: 1113.
Dlug: Lib 3.

Bielsk: pag: 140.

Dlugoss: Tom: I. Lib: 4. pag: 439.
Crom: Lib 3. p: 130.

Joach: Bielsk: ibid: et Supra.

est hic:

est hic: Mieciſlaus Dux, condidit Cœnobia Landense, et Wągrowiecense, Henrichouium quoq; Coſpanien. — Praterea Lubinense Monaſterium, in Koſnielen fundavit. Quæ verba Joachimus, non in eum ſenſum, aut ipſe debuit; quaſi Mieciſlaus Dux, Lubinense Cœnobium primitus fundaverit, quod in poſteriori ejus editione, à ſe typis vulgata erroneè affirmat; Sed, quod, deductam et eo jam prius in fundato, in Koſnielen, Benedictinorum, a se erecto, in ſuburbano Caliſienſi Cœnobio, coloniam invexerit? Quin et idem Joachimus, honeſtiſibi ſemper ſimilis, ut qui jam ſuperius dixerat, Mieciſlaum Ducem, Landense, et Wągrowiecense Monaſterium; Lubinenſis mentione nulla facta, fundaſſe Fratres Theutonas Ciſtercien. Ordinis, in ſi[illegible] collocaſſe. Miechovius quoq; antiquior utroq; Bielſkio hiſtoricus, inter extructa, per Mieciſlaum, Landenſe, et Wągrowiecense Cœnobia, Lubinense non numerat. Et rectè ſanè. Ubi enim in Hemiſphærio Poloniæ, Ciſterciensis familia ortum capit; ſimul etiam et Benedictinorum fundationes, ſ: motibus majoribus minores pellentibus et ſuum paſſim ſunt cuiusq; Unde ex eo tempore, nullam poſthac conditam Abbatiam, Ordinis noſtri, Prepoſitatus demptis, auctarijs latet, apud Chroniſtas Polonicos, deprehendet. Altius igit, et ante tempora Mieciſlai, fundatio Cœnobij hujus repetenda eſt; et juxta priorem Dlugoſi ſententiam, ad annum Chriſti 1113. rejicienda; quo tempore Ordo Ciſterciensis, infans adhuc nondum Gallicis pomerijs exieſſe rat: alienis provincijs inſerendus. Quis enim propagatorem, Divum Bernardum, eodem primum, quo Cœnobium Lubinense fundatum eſt Anno 1113, Ordini Ciſterciensi, tamen ſuum dediſſe legimus. Sed et in Chronicis Cœnei, duplicem legimus, de Conditore Monij Lubinen ſententiam, hoc vero, diſcriminis eſt inter illas, quod altera harum, de Mieciſlai fundatione, veluti incertam, ambiguè et opinativè refert; alio inſuper errore cumulatam; quæ ſit ſe habet. Koſnielen ſe monaſterium Benedictinorum, Mieciſlai Ducis, opus eſſe ſcribit Dlugoſius: item Lubense ad Odram annum in Diœceſi Wratiſlavien:

(f)

Pag: 118.

Lib: 3. Cap: 1. pag: 89.

Dlugoſ: Tom: 1. Lib: 4. pag: 439.

Guilel: Abb: in vita S. Bernardi, et Marga in vita ejusq; Polon:

Crom: Lib: 7. pag: 184.

Masien; sed Lubinense (opinor) dicere voluit, supra Vartam flumen, in Diœcesi Posnanien situm. Alteram vero de Michaele Comite, quod Cœnobium istud condiderit, certo et indubitanter affirmat in hunc modum; „ Habdank lingua Germanica, sonat latine, Gratiam habeo. Inde „ familia Scarbicorum, id nomen cœpit, ut Habdanii dicantur. Hæc „ familia Michael Comes, Lubinense Cœnobium in majori Poloniæ Ciuitate „ dauit, atq dotauit: cujus etiam Stemmatis fuit, Joannes Choinski Epsg „ Cracovien, et Cancellarius Regni, Vir Clarissimus." Hæc Cromerus lib: 8. pag: 114 antiq: editionis: Stat etiam a partibus ejus ex recentioribus, Simon Okolskius, in Orbe Polono, ubi evolvens cunabula, Stemmatis Habdank, inter alia hæc inscrit. „ Notabant Scarbones familiam suam, à „ Gory seu Gora; Michael Scarbek, Comes de Gora, Lubinense Monasterium „ Majoris Poloniæ, Ord: S. Benedicti fundavit, sibiq quievit." Hæc Okolskius. His audit, intorupta pollens fide, majorum traditio; illi nam q præter Michaelem Comitem, nullum alium Fundatorem professi, ejus nomen, illustrioris stylo, vetustis aliquot ædibus, inditum posteris reliquerunt. Sed et inter anniversarias Benefactorum memorias, primum ejdem decreverè locum, quotidianis suffragijs, pro anima ipsius, dum sub sole durabit Cœnobium, nuncupandis. Quibus et nos rationibus moti, eidem sententiæ subscribentes, Fundationem Cœnobij hujus, neq Casimiro Regi, neq Mieciflao Duci, sed soli Michaeli Comiti, in cæptis reponi debere indubiè assentimur.

Commodum, is, condendo Cœnobio, delegit locum. Nam et Cœli clementia, aeris q temperie, salubris est, ac natura munitus, ut potè à Meridionali plagâ, laud procurrente, inimicus; ab Aquilone vero, cœnosis paludibus infestus, vicinisq in orbem, oppidis cinctus; et laudibus quoquoversus, ad subministrandam piscium copiam frequentatus; editi quoq ac longius porrecti, collis, cui Claustrum cum Ecclesia incumbit, aspectu, satis amenus. In ejus declivio, meridiem versus, jacet pagus, a prima sui origine Lillinum dictus, a quo et Cœnobium nomen traxit. Lubita sibi hic loci, Virgo Dei Sparta, ac D. Benedictus fixere sedem; Fundatore extructum

Cron: Lib: 8. pag: 114.

Litera A: Stemmata Abdank.

extructum a se Cœnobium, hujus legibus, astringente; illig vero nomini
ac tutelæ, Ecclesiam dicante. Habetur in eâc Ecclesia, gemina sodalitas
una, sub Rosarij B.mæ M. V. altera, sub Angeli Custodis, titulis
erecta. Additum quoq est illi, ad partem Meridionalem, Sacellum, eiq
Rosario Sacrum, ubi Sodales, celebrioribus festis congressi, Rosario B.
M. V. publicè alternatim per choros, psallendo, Sacra Synaxi percipi-
endâ, cæteris pijs exercitijs, ex Fraternitatis præscripto vacare solent.
Hinc quoq diebus, per annum ex nostris Latibus, Rosarij Coronam, Ro-
sario benedicuntur, novi Confratres Sodalitij inseruntur, ad ea quæ officij esse
debent, exhortatione edocti. Sacelli hujus primus Autor fuit, Civis quid
Civinen, cognomine Wiatrowicz, quadringentis florenis, in ejus fundâ-
menta ubicunq, erogatis. Wolbicius quoq Abbas, aliquid opio at-
tulit: grandioribus vero Conventus impensis, subtructo sibi sepulchreto
Fratrem, reliqua moles ejus stetit. Anno 1623. Extat in eadem Ec-
clesia Sepulchrum Venerabilis P. Bernardi, loci hujus Professi, cultu
fidelium, eò concurrentium, celebre ob varia sanitatum beneficia, ejus ope
divinitus, præstari solita: in quod, ipsæ Votivæ tabellæ, partim argenteæ,
partim cereæ, imagini ac Sepulchro ejus, in vicem gratitudinis appensæ,
testantur. (9) Dependent ab hac Abbatia, adnata sibi membra, seu Præpos-
turæ filiales; Jeżewien, Nowogostinen, Chomaczen et Kiszkien, quorum
Præpositi ab Abbate et Conventu diuturnus, eorum nutui, et renutui, immedia-
te parentes. Continet etiam suo ambitu, aliquot Parochias, jure Patronatus
sibi subjectas: nempe Sawerciechoviensem, Civinensem, Goyensem, Dalai-
ensem, Lubinensem, Wohiesensem, et Siemoviensem, ex quibus postremas
quinq per Monasterij nostri Fratres, hac ipsa ætate, fuisse curatas, me-
moria nostra testis est. Gerit hoc Cœnobium pro insigni Effigiem B.V.M.
throno insidentis, sinistra manu, sceptrum, dextra pueculum JESUM
gestantis; patrocinij tutelaris Ecclesiæ hujus, certam testeram. Utitur
et alio stemmate, sibi familiari et quotidiano; composito ex stella, superni fi-
da, sex radijs rutila: et cruce deorsum locata; luna coelo ornibus obversa,
medium earum intersecante in hanc formam ✠. Simon Obotsius, in orbe
Polono, asseruit, Cœnobium Lubinense, pro insigni deferre Trzaskam, à
Trzaskijs Infundatoribus mutuatam, signo tali: ✠. At is, omnino fallitur.

(9)

Litera T. Stemma-
ta Trzaska.

Monasteriorum

Monasterium enim Lubinense, sicut neminem ex Trascijs, Confundatorum agnoscit ita de Trasska, gentilitio eorum stemmate, penitus nihil scit. Tres quidem Abbates Trascios, retroacto seculo se habuisse haud dubitetur: nempe Swierzinium, Chwynaciium, et Chrzonowium; sed bene ante eorum tempora, Abbates nostros, cum Conventu, hoc ipsum antiquum Cenobij hujus intigne ✠, in cesis usurpasse, et vetustioribus archivi nostri monumentis, clarum eruditi. Sed jam dotem quoq; Monasterij ictus expendamus.

De dote Monasterij Lubinensis.

Licet Originales Fundationis, ac dotationis Cenobij hujus, literas, tempus edax rerum, et invidiosa vetustas, consumpserit, ex veteris tamen, donationum Privilegijs, quorum, permulta authentica, in archivo nostro asservant, aperte liquet, non satis amplam illi, in dotatione obtigisse facultatum sortem. Quin et primum, ejus Ecclesiam, humilem fuisse, et ex lignorum materia fabre factam, arguit, alia magis illustris à Petro Dunin Comite Skrzynensi, multarum in hoc Regno Ecclesiarum Conditore, trigesimum post annum, ex saxo lapide constructa; cujus Presbyterij, anterior pars, etiam hodie, penes Ecclesiam nostram extat. Nihilominus, Cenobium hoc, a parvis initijs, ea sensim, cum progressu pietatis, sumpsit opum incrementa, ut vix, uno, à fundatione, evoluto seculo, jam supra quinquaginta pagos, cum oppidis, ditionis sue numeraret. Eorum seriem, ex priuilegijs Monasterij diplomatibus, deprompsi am, breviter hic adnectere juvat.

Dlugoss: Tom: X. Lib: 8. pag: 410. Miechow: Lib: 3. Cap: 17.

Villa

Villæ, cum Oppidis Monasterio Lubinensi, per Fundatorem, nomine dotis, assignatæ, et post, per alios Benefactores, auctæ, et inprimis, a Vladislao, deinde a Premijslao, ac Filio ejus Premijslo, tandem et a Bolesłao, Majoris Poloniæ Ducibus, approbatæ; Sunt istæ.

Ipsum Lubin, cum omnibus sortibus circumquaq; adjacentibus. Kusztkowo, Mosznieszyce, Stuchowo, Wanda, Luszkowo, Chwalewo, Zdanowo, Rewerz, Wieszkowo, Czernino, Lubowo, Cichowo, Lopino, Koztowice, Krosnowo, Czerbsko, Swierzchowo, Mężyca, Stup, Krzywiń, Dobrochowo, Stępowo, Mierzynkowo, Brzezno, Mauchino, Nauchlod, Radlewo, Stawkowo, Chwalice, Gorka, Czerlachowo, Strzodrachowo, Drzenczewo; nunc Salte fertones ex eo prenduntur Ecclesiæ Stawgottinensi.

Gorka, Krzewowo, Stankowo, Osowia, Trzeszczechowo, Wyrzeka, Lesno, Smolice, sed modo ex eo solum fertones habet Monasterium.

Malpino, Grodowo, Jarmo, Siemowo, Ptaszkowo, Opatowo, Radomirko, Wonieszice, Grzewotwo, Lans Salewo, fin Circuitg: Premyslai II. Ducis Majoris Poloniæ, et casa quæ ex-portis decisseis.

Stanygrod, cum telonio, per Abbatem percipien, etiamsi hospitio transitus Dalio transferat. In Kalisz wlum, et tabernam, cum telonio pontis majoris. In Bolesłai Ducis Pietatis.

Has Villas, cum oppidis, Bolesłaus Dux, diplomate suo roborans; Cœnobio nostro se contulisse asserit, quod, non de donatione, sed de approbatione accipi debet. Longe enim, ante tempora Ducis hujus, dominio ac usu earum Abbates nostros fuisse

potitos,

positos, antiquiora Cœnobij hujus Privilegia, documento sunt. Ea vero Confirmatoriis formula, uti solebant, Duces: damus, donamus, approbamus, quod pari se beneficio, cum Fundatoribus, Cœlestias affecisse putarent, si donationibus eorum, quo æternum firmæ subsisterent, Majestatis suæ Dualis, pondus adjecissent. Aliter enim, et præter assensum illorum, absolutè tunc imperitantium forte, nullo ea irrita erant.

Præter enumeratas, has postea Wladislaus Dux, speciali Privilegio confirmavit.

Ludkowo, Mostolewo, Dluzizne, Marczyszewo, Kosino, Trzebina, Dalewo.

His deinde auxerunt, posterioribus seculis.

Sieszar, Zelazno, Swiqcin, Targowisko, a Wladislao Rege approbata.

Quæ deinceps sequuntur, partim Benefactorum largitione, partim Abbatum industria, seu precibus quæsita, et antiquis, Monasterij nostri, Privilegijs exceptæ sunt.

Bojanowo, Wąsowo, Dzięgowo, Zbanchy, Garby, Zielnice medietas, Wławie, Lagowo, Karlowice, Mącznik medietas, Wirzancyce, Bierzin, Kalowice, Ostrowczyno, Miechorzyno, Charbelino, Broczewo, Prebuzyno, Nowydwor, Villa prope oppidum Prement, anonyma.

Posterioribus vero seculis, ita earum, partim incendijs, aut vetustatem consumptarum; partim variis modis, per Ordines nostros distractarum, decrevit numerus; ut his jam temporibus, hæ triginta quinque ex jis, Monasterio nostro, reliquæ supersint.(h) Sed de Abbatibus satis sit dictum. Jam ad Abbates hujus rem rebus sub regimine eorum gestis, recensendos, festinat calamus.

(h)

SERIES ABBATUM MONASTERII LUBINENSIS

De primis Abbatibus ejusdem.

Qui primi,

Qui, primi, Monasterio huic, ab anno fundationis ejus circiter 1113, ad Annum Christi 1238 successive præfuerint Cœnobiarchæ, nihil expresse docent Archivi nostri vetustiores. Habentur tamen anniversarij Defunctorum Fratrum libris, sparsim inserti, præter cæteros, aliquot interdum vagi sæculo Abbates loci hujus; ad id tempus referendi. Nam quia ij, posteriorum ætatum Abbatibus, annumerari non possunt, vetustate id eorum Serie, ab anno prædicto 1238, ad nostra usq tempora, et Monasterij monumentis, ordine suo contexta, necessario sequit, ipsos, cæteris tempore superiores, primo hoc, condito Cœnobij sæculo, officium Abbatiale gubernasse. Cum nobis de successionis eorum ordine, non constet; Majores enim nostri, dum eos inter mortuos referrent, tempus et Annos, regiminis per ipsos gesti, imaudè supprimerunt, obitus diem ac nuda eorum nomina memoriæ commendati: proinde ea, ordine, quo ibidem sunt annotata, juxta mensium seriem huc transtuli.

F. Lr.	Petrus Abbas Monasterij hujus;	Obijt 4. Januarij.
Lr.	Robertus Abbas hujus loci,	Obijt 15. Januarij
Lr.	Verimundus Abbas h. l.	Obijt 21. Januarij.
Lr.	Paulus Abbas h. l.	Obijt 23. Februarij.
Lr.	Evilinus Abbas h. l.	Mortuus 7. Martij.
Lr.	Conradus Abbas h. l.	Obijt 18. Martij.
Lr.	Jarno Abbas h. l.	Obijt 24. Aprilis.
Lr.	Andreas Abbas h. l.	Obijt 6. Septembr.
Lr.	Lambertus Abbas h. l.	Mortuus 9. Decembr.
Lr.	Robertus Secundus Abbas h. l.	Obijt 14. Decembr.

Ad his, plerosq fuisse, natione Gallos, vel hinc ipsa eorum nomina, peregrina, et eidem genti, ut plurimum usitata, testantur, (i) qualia sunt: Robertus primus, et secundus. Verimundus, Evilinus, Conradus, Lambertus. Quin et hos, non alios, Monasterio nostro, ab origine, et cunabulis ipsius, primos Cœnobiarchas præfuisse indubitanter credimus. Nimirum tunc, sanctitate florens, Reformatio Cluniacensis, (k) non in Gallia tantum solo, sed etiam per exteras regiones, propagines suas dilatabat. Sub illo tempo,

Petrum

Petrus Abb: Cluniac. Lib: 3. Epis: 23.

Petrum Cluniacensem Abbatem, ab Innocentio Papa, ad reformandum Luxoviense Cœnobium, destinatum fuisse legimus. Idem opera Alexij, Graeci Imperatoris; Constantinopolim ehibit, Monasterij sui Fratres, Reformationis præditæ, ibiq; Duces, et Magistros futuros. Cujus quoq; Papæ mandato,

An: 1110.

Idem: Lib: 6. Ep: 19.

idem in Italiam, paulo post avocati: Romæ in Monasterio S. Sabbæ, Cluniacensem observantiam de nova radice plantarunt. Sed et principale Cœnobium Casinense, Desiderio ejus Abbate, unitum fuisse, Cluniacensi per Hugonem ejus Abbatem Leo Ostiensis asserit. Ac præter Germaniam, Angliam, Hispaniam, cæteraq; Christiani Orbis, regna; in quibus plusquam duo millia Cœnobiorum per Cluniacenses, disciplinæ regulari; teste Auberto Miræo, sunt restituta, nostri etiam Regni, regiones, eadem reformatio pervagata est; ut ex mox dicendis patebit.

Ex Chron: ejus Polon: sub titulo Posag. Lib: 2. pag: 192.

Monasteria Ordinis S. Benedicti, in Regno Poloniæ fuisse olim Congregationis Cluniacensis, evidenter demonstratur.

Assertionis hujus veritatem, in primis, ex Benedicto Papa, ejus nominis duodecimo, dicere possumus. Prescripsit, Is, olim, Fratribus Benedictinis, quos ex colore vestis, nigros appellat Monachos, et leges, ac statuta, Cluniacensibus usitata, Petro Cluniacen, et Joanne Cassadej, Abbatibus Auctoribus, ubi dum de Capitulis Provincialibus agit, inter alios, Poloniæ quoq; Provinciæ ejus Capitulo, suo tempore celebrando, designavit; referente id, antiquissimo Codice nostro Codice, qui eadem statuta, una cum Regula S. Benedicti, membraneis chartis, exarata continet. Liquet idem, ex fundatione Cœnobij Tinecen. (m.) cujus Abbas primus fuit, Aaron Gallus, ex Cluniacensi Monasterio assumptus, quo postea ad Archi-Episcopatum Cracoviensem, evecto, et plusquam alijs subsequentibus annis, Gallos ibiq; Lemovicos, Henricos, Gaufridos, Gilberto, et ejusdem

In Statutis privilegij Cap: 1. de Capitulo Provinciali.

(l) (m) Cromer: Lib: 4. pag: 77

ejusq; Congregationis Abbates habuisse, vetustæ ejusdē Cœnobij tabulæ tra-
dunt. Quin & reliqua Benedictina, Regni hujus Cœnobia, primus Abba-
tes Gallis, sive ij ex Cluniacensi, sive Tinecensi Cœnobio adsciti fuerint (n) (n)
et eum suis colonias deductas suæq; institutionis primordia, debent; demptâ
una Sti Quintini montis Calvi, Monasterio, quod omnium antiquissimum, à
Casinensibus Italis ortum traxit, eorum gratias et Privilegia etiam-
tum participans. Sed et Sieciechoviense, cum primitus Sti Quintini Cœno-
bio, fundo illi originē adhæsisset, paulo post, condito Tinecen, imperium
Casinensium detrectavit, et Gallis Tinecensibus, Congregationis Cluniā- (o)
censis, regendum se tradidit. (o) Unde Cromeri historia refert, Boleslaum Lib: 6. Pag: 204.
Crudum, in eodem Monasterio Sieciechovien, jussu Conradi Ducis Patrui
sui, custodiæ olim traditum, liberum inde evasisse, opera Nicolai Abba-
tis Sieciechovien, quem Franum fuisse asserit. Antiquitates quoq;
Monasterij Tinecen, habent; vita Finito Bogdalo Abbate, Johannem
à Bothurzin, Abbatem Sieciechovien, Nicolao Mantuano, et Joanne
Osovien, Abbatibus adhitentibus, electioni Mathiæ, à Skawina, in Ab-
batiam Tinecen, se opposuisse, causamq; ad Consistorium Romanum de-
volvisse, ex quod, et ipse, quorundam Fratrum Suffragia, in eandē Abba-
tiam tulisset. Qui vero non solum, inter electores, sed et inter candidatos Ab-
batiæ Tinecen, locum habere potuit, si illi cum Tinecen Cœnobio, commercij
nihil fuit? Fratres Conventus nostri, quod et ipsi, sub Congregatione
Cluniacen militent, testis est formula Professionis eorum, nostrata. (p) Hinc (p)
Custis olim per hostes Silesios ejus pagis, Gallos Benedictinos, ad in- Ex Antiq: Cœnobij
stantiam Principis Poloniæ, è Cluniacensi Monasterio missos, dispersorū huius: Thomas
Fratrum damnum reparasse, Majores nostri Scriptis mandarunt. Iidem Prior, in Epist. ad
literis ad Sedem Apostolicam dudum directis, quarum exemplar in Epist: Romanā: a me
archivo nostro asservatur, de familia Cluniacen se provisse fassi sunt. hic inserta, pag:
Kiszewius quoq; Claustri hujus quondam Abbas et Reformator, 69. hujus Histor.
plenioren de Regis Regulribus informationem, non aliunde ad ea mo- (q)
nasterio Cluniacensi Statutis Capituli Generalis, decrevit petendam, et
post ipsemet obtinuit, sed morte præventus, executioni non mandavit. "

Brigaid

(r) Arguit idem unio, per nostros majores à tot retroactis seculis cum Sinelensi Monasterio, ad horæ cinctum, arctius astringendum, contracta, ac iterum, ante triginta annos instaurata. Sed et antecessores nostri, imagi-nibus, S.P. Benedicti, Mauri, et Plaudi, aste pictoribus in Ecclesia nostra, seite olim expressis, etiam S. Oddonis et majoli, prei puorum Reformationis Cluniacen. Magistrorum effigies, quæ adhuc apud nos extant, nominibus singulorum adjectis appingi fecerunt; eo modo probantes, se, et S. Benedicti Regulam profiteri, et à Congregatione Cluniacen., tanquam a capite membra, dependere. (s) Similiter et Mogilnense Cœnobium, primum Abbatem meum, et successorem ejus Ludgerdum, utrumq; Gallum, è Tinecensi Monasterio postulatos, habuisse Dlugossus, et Miechovius perhibent. Auctor etiam Cœnobiorum et Fratrum numero Abbates provinciæ hujus, antea aucephali, Abbatem sibi Tinecensem, in Præsidem, et archi-Abbatem cooptarant, ejus imperio se subdentes. Refert id Dlugossus in Historia illis verbis: Monasterij Tinecensis primus Abbas, Adron, natione Gallus, Casimiro Rege ordinante, fuit institutus. Cui quidem Monasterio, reliqua S. Benedicti Cœnobia, et loca, sub provincia Gnesnen., et aliis Diœcesibus consistentia, subjecta sunt, et ejus autoritatem primariam, debita observantia profitentur. Hactenus Dlugossus. Ad hoc principale caput, à cæteris hujus Regni Cœnobijs, effebat reuersus, inde colonias, et institutiones Monasticæ, cum disciplina regulari derivate; atq; quod Abbatum seminarium, Abbates profundati: Hoc namq; Monasterium, Galla tunc Regularium observantia, cæteris anteibat, viris etiam doctrina, et sanctitate conspicuis, Cluniaco submissis, refertum erat. Ex his necesse fuit, in illis Monasteriis primordijs, Abbates, Conventibus præfuit: dum et nostrates, tyrones; magisterio eorum edocti, regimini quoq; pares evaderent. Sed hæc ejus Providentia, post tempora Dlugossi, finem accepit, vel quod ab illa, Cœnobia ultro decliuarint, vel quod eam Episcopi jurisdictionis ordinariæ protectu, super monasteria sibimet usurpassent. —— Sed jam ad prerogativas, et Privilegia prærupua Cœnobij hujus recensenda, gradum faciamus.

Dlugoss. Lib. 3. pag. 237. Miech. Libr. pag. 44.

Dlugoss. Lib. 3. pag. 210.

De Privilegiis &c.

De Privilegijs et prærogativis principuis Monasterij hujus.

Nondum eo tempore Orbi Sarmatico, alij Religiosorum Ordines, s: S Augustini Premensis dempto, innotuerant: unde, Cœnobia S. Benedicti, ob Sanctitatis exemplum, non vulgi solum, sed et Principum Virorum, oculos in se habuisse intentos, mirum non est. Nostrum certè, à Ducibus Majoris Poloniæ, illa ætate, eo loco, est habitum, ut Cellariam ipsiq religionis causa celebrioribus festis, de industria frequentarint, Fratrum preces, ac Sacrificia flagitantes, quod ex Privilegijs eorum liquido patet. Extat in Bibliotheca nostra, codex, à quingentis prope annis, membrana exaratus, continens Fraternitatem meritorum, in Clarivallensi primum, ut refert Baronius, ac post in hoc Cœnobio, in gratiam exterorum instituta: habens etiam, annexam susceptionis formam, ac longa serie contextum, tam Sæculi, quam profani Ordinis, Sodalium, Catalogum. Quos inter fulgent, infimis, Regni Soles, Majoris Poloniæ Duces.

Baron: in An: 1127. et Chron: S. Benedi: subtitulo Cosæ. Ed: 7. pag: 13. Anno eodem.

Bolesslaus Dux Magnus. Dux Mieszko, et Elizabeth Duissa uxor ejus. Alter Dux Bolesslaus. Odo Dux illustris. Wladislaus Dux cum Uxore sua. Conradus Dux Magnus, qui totum prædatum, datis ejus nominibus, splendore suæ Majestatis illustrarunt. — Istis se jungentes, Sancti Archiepiscopi et Abbates: Petrus Archi-Episcopus. Jacobus Archi-Episcopus. Radosta Episcopus. Paulus Episcopus. Oldimirus Episcopus. Franco Episcopus. Arnoldus Episcopus Cassaniensis, Pinosus Episcopus Cassaniensis et Camellario. Joannes Abbas. Radost Abbas, et Bohemus cum Paulo Priore, ac ceteris Fratribus, quorum, octo erant Presbyteri, Diaconi tres, Subdiaconi novem, Conversi duodecim. Hos postea secutus est, Abbas Opatovicensis, etiam Bohemus, nomine Neptali; eadem meritorum participatione, cum Fratribus Conventus sui, donatus, ipso vicissim, parem gratiam Conventui nostro, rependente. Quidam etiam Cathedrales Prælati, Camellariatus, Officialatus, Decanatus, honoribus celebres s: ut alios Presbyteros taceam: Suscepti hujus Sodalitij, deum, multis

Ordo: S. Bndi.

multis partibus auxerunt. Missentur hic ibidem, genere illustrium, procerum, Comitum, nobilium, militum, plebejorum quoq; promiscui sexus, eidem sacro defectui inservorum, nomina, quo melius pro eorum numero, singillatim, recensere non sinit. Nec pereslingratos beneficium effugit vltorem. Quippe enim Ordinis homines, pretia pro spiritualibus, temporalia reponentes, Coenobium hoc praedijs, et plagis, illo vel maxime tempore attributijs ditarunt. Non pauci etiam ex vulgo, tum aliquod pietatis et beneficentiae suae, monumentum, hic loci superesse voluerunt, apostantes eiq; eleemosynae nomine, Unus Calicem argenteum, auro puro inauratum, imaginem depictam alij, hic annulum, seu torquem magni valoris, ille Coronam gemmis, et lapillis pretiosis distinctam, alter certam pecuniae Summam, non nemo certum odium, aut pecorum numerum, caeteri caetera: quae antiqua Monasterij monumenta, seu librum Benefactorum defuncto rum h: l: evolventi, passim occurrent.

Duces quoq; beneficij accepti memores, Coenobium hoc singulari favore amplexi, sub ejus patrocinium, ac tutelam adduxerunt, varijs immunitatis Privilegijs, illud cumulantes. Et inprimis Abbas Monasterij hujus, quo se facilius, contra invasorum insultus tueri posset, secularis jurisdictionis gladio fuit auctus, à Premyslao II. Duce Majoris Polon, peculiari Privilegio, cujus copiam hic, oculis subjicere placuit.

Nos PREMYSLAUS II. Dux Poloniae,

larga Regali largitione, Abbati et Conventui Lubinen, pro utilitate ipsorum, omnem jurisdictionem, et omne jus, quo Nos ultimus, omnimodam damus praesentibus libertatem, omnibus hominibus ipsorum, tam liberis, quam obnoxijs, in omnibus villis ipsorum, ac oppidis, ab omnibus exactionibus, servitutibus, vexationibus Juris Polonici, nec non a citatione Castrorum, &c: &c: (t)

A: 1295.

(t)

Dedimus etiam jis, ad utilitatem ipsorum, omnem venationem, tam parvam quam magnam, videlicet castrorum, ursorum aprorum sylvestrium, bubalorum cervorum, et supra omne genus ferarum, quorumq; nomine censeantur liberè possidendam, et pacifice &c: &c: Damus etiam Abbati et suo Conventui, plenam judiciariam potestatem, latrones, et spoliatores, qui eos, et ipsorum homines molestant, aut depraedantur, judicare, detollare, poena 70 dictam, recipere, fures suspendere, sacrilegos rotare, falsarios comburere, membris, fame,

Venandi potestatem, tunc, nec Episcopus, nec Abbates, in Sylvis Ecclesiarum suarum habuisse dicuntur Cromer: Lib: 8. pag: 204. et pag: 139.

vel manu

vel manu mutilare, duellum de gladio, et duellum de baculo, examen ferri
ardentis, et examen aquæ frigidæ, ac ferventis, adhibere. Item homines dicti
Claustri, et Abbatis in Spolio, vel furto detentos, Abbas, nullo juris civili ob-
stante, judicet, et penam totam percipiat ex jure. Aliaque Privilegia Promisit.
Præterea ad augendam Abbatialis suæ dignitatis prærogativam, exemptæ erant
per Duces, oppida, et pagi Monasterii hujus, a potestate Judicum Provincialium,
nec licebat subjectos hobis homines, cujuscunq; criminis reos alio præterquam
ad Abbatis subsellium trahere, per ipsum judicandos. Et licet citatione, an-
nulo Ducis obsignata, evocati, coram eo causam dicturi, comparere tenerentur:
illis tamen Abbas Dei assistens juxt Privilegia testantur: Judicia dabat,
reis multetam, si quamex legum præscripto subirent, Abbati pendentibus.
Eidem peculiaribus privilegiis, liberum pronuntiarunt, Monasterium no-
strum, cum subditis, a plebiticis oneribus, ut pote, a reficiendis Regni
castris, a restaurandis pontibus, ab equis cursorijs, et pedibus præstan-
dis, a conductione curruum, a tributo bovis, et vaccæ, pro mensa Ducali,
ab exactionibus vulgo dictis, Atoie, Poduvorowe, Poraldne, Podymne, A: 1242.
Powroiowe, Powolbare, Narzy, Przewod; ab inquisitis, in expeditionibus exi-
gi solitis, a solutionibus, si quæ antiquitus ad castra vicinora pertinebant,
v:g. ad Prement, Costan, Serem, Cridin, Stangnic, et à quibuscunq; aliis pen- A: 1258.
sionibus Regni, quocunq; nomine censerentur, sola collecta generali, pro fis-
co eorum reservata (u) edixit: Et hæc tantùm, ex præcipuis Ducum, Cœnobio (u)
nostro concessis libertatibus selectas, ad præsens, censui commemorandas; de
reliquis etiam ex occasione, suis locis, mentionem facturus; de quibus si ple-
nius, quis scire vellet, ad ipsas Privilegiorum fontes remittat. Item referri de-
bent, alia fori Ecclesiastici, prærogativæ, quibus hoc Cœnobium a tempo-
re immemorabili gaudet. Nam præterquam, quod ipsius Abbas, mitræ ac
pedi pastoralis usu, et insignibus, ac inter cæteros, Diœcesis hujus Abba-
tes, primi palem teneat locum: etiam eundem, Episcopi Posnanienses, inter
Prælatos Cathedrales loco et stallo dignati sunt. Et licet id a majoribus cer-
tum habeamus, ex sequenti tamen Epistola, cujus exemplar hic subjungo,
clarius evadet.

Quidam ex Prælatis, Cathedralis Ecclesiæ Posnaniensis,

invitabat

invitabat literis Laurentium Abbatem, ad residendum penes Ecclesiam Cathedralem: Cui Abbas, tale responsum per Epistolam misit.

Ad hesternas literas respondendo, primum ingentes habeo gratias Rmæ D. V. quod tam solicitè, ipsa ultro, in cohonestationem meam, de receptione, et installatione in Posnaniensem Ecclesiam, doperari, mihiq plurimis rationibus persuadere dignata sit, ut me Posnaniam conferrem, ibi potius, et honestius acturum, quam hic loci; Fecit equidè R. D. V. rem animo sincero dignissimam, melid, neq aliquando prohorente, neq ipsa etiam solicitante. Gratissimumq mihi est, hoc officium, Vræ R: D: mea causa, tanta opera, et vigilantia impensum, quod, ab animo sincero, erga me provedere res ipsa testatur: hoc minus aspid me facio, Adeoq Dominoni meo Prælatorum Ecclesiæ Posnan, gratiam, et animi propensionem, quam mihi Rnda Dnatio Vra describere dignata est: Domum locum ipsum, in Ecclesia Posnanien, quæ est precipua apud nos, magni reputo. Verum ex alia parte, animadvertens, antecessorum meorum abbatum, qui ipso Canonicatu labuti sunt, licet quidq aliqui eorum, loco et installatione ejusmodi, usi sunt, et recepti fuerint, et Posnaniæ diversati extra suum Ordinem; et hac tamen receptione, et installatione, nihil commodi, parumq honoris; ex diversatione verò Posnaniæ, magnum dedecus, apud seculares, et censuram, notamq vitiosi, quæ illis exinde inscribebantur, habebant. Quorum aliqui, bona Monasterij, et Ordinem Fratrum suorum negligebant: et devastabant magis, quam fuebantur, ibi hic agentes. Novissimè verò, quidam Florianus Abbas et (x) Doctor; ibi hic sæpius diversatus, receptus, et installatus, ad id devenerat prodditionis, quòd multa Monasterij sua bona, devexerat, Ordinemq neglexerat, adeò, ob id, a dignitate sua Abbatiali dejectq, et depositus erat: Sicq hactenus versatur, miser, extra Monasterium, delicijs Posnaniensibus addictus illum devenientibus. A tempore autem depositionis prædicti Floriani, Fratres Monasterij hujus, in electione et receptione sui Abbatis, expressè unianimiq, electo, interminantur, Posnaniæ diversationem, obligantq ad personalem residentiam electum in Ordine et Monte suo, juxta præcepta Regulæ Sti.

Et de installatione

et de installatione ejusmodi, ne id quidem solicitare permittunt, admoniti et cor-
reti, pessimis artibus. Quæ ego nolebam, pro illa vice, dum me Sa D. Vra
allocuti dignata est, ipsa, veram explanare; Modo tamen, ea R. D. V. aperio,
ne pudeat me id aspernari, et ex contemptu omittere. His itaq obstantibus, ego
et si maximè vellem, non possum me Ecclesiæ Cathedrali Posnanien applicare,
et à Monasterio meo recedere, contra Professionem meam, et juramenta seu potiq
ea vocatione, qua vocatus sum permanere, ac debito Ordinis mei satisfacere,
nec honores extra-ordinarios amplecti; Fratribus meis id quoq mihi vetanti-
bus. Et hæc de stallo, et residentia Canonicatus Posnaniensis. — Præte-
rea, inaugurante olim Episcopo, novum antistitem Posnanien, præter alios
Episcopos assistentem, tertium illis collegam Monasterij nostri Abbatem,
adhiberi solitum, docent pervetustæ in archivo nostro asservatæ literæ, ur-
jusq sedis Posnanien Episcopi; ad hæc sacra, sibi præstanda, eumq invitan-
di. (1) Adeuntem quoq Episcopum Posnanien, primo solemni ingressu, Cathed- (1)
ram suam, Suffraganeus ipsius, et Abbas noster, hic sinistrum, ille dex-
trum latus ejus tangens, utercq augustius sacro vestitu, ac tiaris apparatq
decorandi mitris, antiquitus adibant, præeuntibq cæteris Dioecesis hujus
Abbatibus, et Cathedralis Ecclesiæ Prælatis. At hæc Privilegia formalia
duntaxat Abbatum erant. Nam, post decessum Kiszewji, Professi Abba-
tis h: t: interversa electione Canonica, simul et dignitas Abbatialis, gra-
du suo dejecta est, præeminentiæ quoq, et prærogativæ convulsæ; quin et
insulæ quotquot erant gemmis intextis, et auro, divites cum pedo pas-
torali, ac cæteris insignibus, paulo post ex monasterio migrarunt, per-
missu Divino, multum externorum latrocinantium furta facta. Sed
jam, quæ prima hac ætate a fundatione Cænobij, apud nos gesta legimq,
paucis dicere volumus.

Circa Annum Christi 1180. Andrea Abbate, Arnoldus Episcopus Po- A: 1180.
manien, altari S. Benedicti, à se, in Ecclesia nostra consecrato, pagos Wy-
rzeka, et Dworzewo, ab Episcopalibus avulsos, decimis sibi reservatis, in dote
perenni fuse contulit. Cui Abbati Wladislaus, Dux Majoris Poloniæ,
Ecclesiam nostram in Natalitijs Christi, visitans, libertates, olim, per A: 1181.
Parentem ej donatas, speciali Privilegio approbavit, et magna ex parte
auxit; et ob id, ad unam missam pro peccatis, altera pro Defunctis, Obligati.

qualibet

qualibet Septimana solemniter celebrandas Conventus nostri Fratres, perpetuò
adstrictos esse voluit. Datt: in Lubin, die S. Stephani Protomartyris.

A: 1206. Circa idem tempus, Dux Masoviæ loci hujus fama permoti, fundatum
a se Cœnobium Jezioviense, de bonis Jezieu, Jeziehin, Mikulino, et Kosnowa,
Abbati nro in regimen, ac dominium perpetuum tradiderunt. — Eadem
fundatio non multo post, villa Gora donatione per Lawstaum Palatinum,
est aucta. Sed cum eam, quidam nobiles, successionis hereditariæ prætextu,
restitui sibi postularent, Conradus Dux Masoviæ, causa ad tribunal revo-
cata, Ecclesiæ Lubinensi et Jezieniensi, decreto irrevocabili, stabilivit, et simul
Obligatio. omnes missarum, singulis Septimanis legendarum, unius pro peccatis, alte-
rius pro Defunctis, sempiternum Fratribus imposuit. Postea Idem
A: 1215. Dux ceteras immunitates, bonis Jezieu, ad instantiam Craytonis Præpositi
A: 1228. universit. — Circa annum Christi 1228. Wladislaus Magnus, dicto
rodi dictus, Dux majoris Poloniæ, maritus Stodæ, quem in Ecclesia mona-
Bielsk: in Chronica Li. 2: pag: 203. Com: Ld: Arcji nostri, Bielskij, et Comeri historia tumultuum probat. Sed et Capella,
ejus Corpori undendo, de industria f: vel à majoribus accepimus f: constructa,
rei firmat fidem. Extat illa in Ecclesia nostra Namnum, profanis usibus
addicta, retinens in parietibus, antiquitus impressa, conservationis vestigia.
A: 1237. Anno 1237. Joseph Comes de Cichowo, bonorum comes, Bea-
tissimam Mariam Virginem cum Cœnobio nostro scripsit hæredem. Sed
post ejus decessum, cum ipsius agnati, donationem hanc intervertere vellent
præjudicium suum questi, Premyslaus Dux majoris Poloniæ, legitimâ
pronuntiatione, nostri Judicio fecit.

A: 1237. Eidem donationi, paulo post Dux Wladislaus filius Ducis Odonis
robur suæ confirmationis adjunxit, in præsentia Episcopi Cracovien-
sis. Eodem anno, Vitor, Comes de ruta Ecclesiæ in Sulam limitibus oppidi Ci-
Nunc, Cerwona: Ried. zensis, in descensu pontis majoris, à dextris, et à sinistris adjacentem,
Abbati, et Conventui nostro, cum omni jure, largitus est in perpetuum.
Sed de rebus gestis, primorum Cœnobii hujus Abbatum f: quos initio
reverendissimus temporibus, non plus nobis antiquitas Monasterii reliquit.
Quare jam successores eorum, in medium prodeant.

Abbatibus prædictis, officio defunctis, electione Fratrum creatur Abbas,
F. JOANNES. Hoc Abbate Cœnobium nostrum pagos Gnie-
wowo et Wglowo, liberalitate Henrici Ducis Silesiæ obtinuit: quem dona-
tionem Frater quoq ejus Wladislaus Dux Poloniæ, novo diplomate

roborans

roborans, eternam esse jussit: Statuens, ut Fratres Conventus nostri, hoc nomine unam Missam pro Defunctis Benefactoribus, quotidie recitare teneantur. Deinde cereus ignis, ut cereus in Ecclesia Monasterij, die, noctuq; perenniter ardebit. Tandem hic Abbas, post triennium ab officio liber esse possit: Nec enim adhuc eo tempore, perpetui Abbates apud nos erant, sed certo spatio definiti: s: prout etiam nunc in Hispania et Italia, ubi elapso triennio, Abbates munere se abdicare tenentur, nec illis Episcopi benedictionem solemnem impendunt. Hoc vero seculis, in Ordinibus S. Benedicti, Abbatum, et S. Augustini Prepositorum, perpetuitatem, magno labore fuisse introductam, asserit Navarrus in Commentar. de Regularibus, pag: 69. Obligatio.

Joannem vero in Regimine Abbatiali secutus est.

(z)

F. HECLINUS. Ejus approbationem villarum Carobio nostro hactenus donatarum, de proprio cujuslibet nomine, à Premyslao I. Duce Poloniæ, cum vacatione a certis tributis, impetravit. Sed paulo post, à regimine absolvitus, substituto in ejus locum; A: 1239.

A: 1242.

Fr. WOISLAO. Quo presidente Dux Premyslus Ecclesiam Monasterij nostri die Natali B. M. V. causa religionis auxit; et ibidem pago Lubin certis anni diebus quoslibet mercatus exercendi facultatem, cum dicti Privilegio ejusmodi. Nos Premysl: DEI gratia Dux Polon: &c: Notum facimus, quod cum domum B. M. V. Monasterij Lubinensis, et Fratres ibidem DEO militantes eo affectu prosequentes, compleatamur; ob solemnitatem loci prefati Monasterij, et nostrum, nostrorq; ibidem accessum, et frequentiam populorum, placuit nobis, ut in ipso Lubin ab universis, de quibuscunq; locis, omnia mercimonia, licite ac libere venderentur. Quapropter ex hinc statuimus, damus omnibus de quocunq; loco, in Lubin cum suis rebus advenientibus, omnium rerum generaliter, plenam et omnimodam vendendi, et emendi perpetuo facultatem, singulis diebus, et precipue diebus Dominicis, et festivis, et in solemnitatibus, nullo jure obstante civili, seu Castellanorum, seu Judicum, et officialium nostrorum &c: &c: In cujus rei evidentiam presentes, Domino Woislao Abbati et Fratribus dicti Claustri dedimus, sigilli nostri impressione munitas. Actum et Datum in Lubin in crastino Nativitatis B. M. V. Anno 1242. Ejusq; Abbatis. A: 1242.

querelis

querelis, flesi Duces Majoris Poloniæ, Boleslaus, et Premyslus, in monasterio tunc presentes quosdam ex malevolis, ob illata bonis nostris damna, juretis assertionibus petitis, decernentes simile quid in posterum ausos, gravioris subituros mulctam fisco Ducali, et Abbati ex dimidio pendendam; de data in Lubin, Anno 1242. in presentia Boguphali Episcopi Posnaniensis.

Paulo post, Abbas hic, regiminis sui Successorem accepit.

A: 1243. Frem JOANNEM. Antecessores hujus Abbatis, decimas ex pagis Grodzeo, miedzygora, Malpino, Rogozowo, et Smolice, Ecclesiæ Cathedrali Posnaniensi primitus attributas, nescitur quo jure sibi usurparant. Quarum usum liberum, Boguphalus Episcopus, Joanni Abbati petenti, et Successoribus indulsit. Sed eos beneficii hujus nomine, ad sex libras thuris, Ecclesiæ Cathedrali, annuatim pendendas, in perpetuum astrinxit. Et quidem, tributum hoc illi Ecclesiæ, adhuc integrum manet; nostri vero Abbates, iam pridem, decimis eidem se pari sunt, minima sibi in binis postremis pagis, .. in Rogozowo, et Smolice. fertonum, portione relicta. Postea vacante Abbatia, cessu vel decessu Joannis,

Fr. HECLINUS officio restituitur. Abbatis hujus opera Dux A: 1243. Majoris Poloniæ Premyslaus, Privilegium donationis Pchowo, contra impetitores ejusdem, novo diplomate firmavit. Tandem ei, tertio sui Sanctionis Anno, Successum legimus.

A: 1246. Frem WOISLAUM. Arbitror, eundem, qui ante quinquennium Cœnobio huic præfuit. Ad ejus instantiam Premyslaus Dux Majoris Poloniæ, Nemus Mosuiszyce, peculiari Privilegio, Conventui nostro, contra invasores ipsius decrevit. Abbas vero, Camerarijs ejus, Nerado, et Bratonio, hæredibus in Dambice silvarum ipsius usum, precario, et ad suum beneplacitum, idem reti parvo, concessit. Woislao e vitis sublato, omnibus Fratrum suffragijs, dictus est Abbas huic loco:

A: 1250. Fr. JACOBUS. Hic, villas Monasterij, per Boleslaum, Ducem Majoris Poloniæ proprio diplomate, nominatim, recensitas, approbasi fecit. — Eodem autore, Siemovitus Dux Masoviæ, libertates a Parente suo Conrado, bonis Jesiow concessas firmavit, subditos quoque eorum, a castrorum venatione, circa villam Gora, in perpetuum edemit. Idem apud Premyslaum Ducem, venatores ipsius, gravi tributorum

exactione

exactione subditos Monasterij premerentes, amouauit. Quorum licentia Dux auitus castigata, certa in posterum pensione, panum, caseorum, auenæ, suo ipsorum curru deuehendæ, contentos esse jussit.

Idem Abbas, latum mosiepsye, partem ejus, quibusdam Nobilibus, sibimet usurpantibus, nouo, a Duce, Priuilegio impetrato, Monasterio nostro, integrum asseruit. — Decimam in Opatow, pro decima Wasilkowien, cum Capitulo Gnesnen, annuente Fulcone Archi-Episcopo, permutauit. — Ad ejus quoq instantiam, Clemens Papa IV. confirmationem bonorum, seu possessionum Monasterij, generalem, speciali diplomate, huic loco largitus est, cujus tenor sequitur, et est talis. A: 1257.

CLEMENS PAPA IV

Obijt 1260.

Dilectis filijs Abbati, et Conventui Lubinensi, Ordinis S: Benedicti,

Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Vestris justis postulationibus, grato concurrentes assensu, personas Vestras, et Monasterium, cum omnibus bonis, quæ in presentiarum possidetis, aut in futurum, justis modis, poteritis adipisci, sub B. Petri, et nostra protectione suscipimus, specialiter autem, terras, possessiones, et alia bona Vestra, sicuti ea juste possidetis, authoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. &c: &c: Datæ: Romæ sub annulo Piscatoris, &c: &c:

Idem Abbas, partem villæ Lopino, manibus cujusq nobilis extortam, Ecclesiæ nostræ restituit. Diploma quoq immunitatum Monasterij, per Wladislaum olim Ducem Cuiaviæ confessarum, approbari, ab ejus filio Bolesslao impetrauit. A Vincentio Canonico, apud Niuolaum Epm Posnaniensem fuit postulatus, de decima Wirzenensi, sibi nullo jure usurpata. Porro Episcopus, Vincentium, assignata ei decima in Brzezno, de Wirzenen cedere jussit, et bonis Conventus incorporauit. Episcopus hic, fautor, et Benefactor Monasterij nostri, eodem anno, naturæ debitum 1250. 1273.

solvit.

solvit. — Hujus quoq; Abbatis opera, oppidum Swiqiechovien, certa libertatum privilegio donatum est. A simili, Civinense, auctoritate Premyslai, et Boleslai Ducum, theloneio jure locatum, ac fori annui, et emptionis à Telonijs, per totum Poloniæ Regnum immunitatibus auctum. Idem subditis Orbasiæ Jeziewien, vacationem à venandis castoribus, per
A: 1276. Ducem Conradum unessam, à Boleslao Duce Masoviæ, ratam fieri obtinuit. — Demum Abbas hic, in regimine præfatæ gesto, sepiq; confirmatus,
A: 1270. exactis in eo, duo de triginta annis, diem suum obijt; cum ultimis, ante decessum mensibus, permutationem decimæ in Wyszakow, et Krerow, pro decima Capituli Posnanien, et Marzyszewo, et Gniewowo ab Episcopo Joanne impetrasset. In ejus locum Fratres optarunt sibi Abbatem
Frem: MARTINUM. Cui in tempus electionis hostis, beneficio Boguslai Comitis, calicem argenteum, auro obductum, ac gemmis pretiosis
A: Eodem. instructum; et præterea agros Charbelino, et Dzierzno cum dimidio lani, dicto Trzebeże, et Kostno, testamento legatos accepit. — Eodem anno, Nispimirus omnes Conventui Jeziorien, partem littoris fluvij Rawa, in structionem molendini cum ortis suis donavit.

Abbas hic, fuit in primis charus, Duci Masoviæ Boleslao, ob fidem sibi integre præstitam, quasione ejusmodi. Verbis in Privilegij ejusq; Ducis ad majorem fidem, exequar.

Cum in expeditione Poloniæ, cum Fratre suo, Wladislao Duce Sradiæ, pugnaturi contra Henricum Glogoviæ Ducem, prope Castrum Civinense fuissemus; et quidam nostrum, hostilis ejusd; Ducis milites, stationes exercitus nostri, latenter subintrassent; Martinus Abbas Monasterij Lubinen, ad nos, in propria persona veniens, inversum hostium nobis indicavit, et ut quantocyus urgenti periculo, obviam iremus effecit. Fassus est Dux, se cum Fratre Duce Sradiæ Wladislao, ac toto suo exercitu, illa nocte, Martini Abbatis beneficio, ab hostium vi, et mortis periculo, fuisse servatum. Eandem pugnam Miechovius, verum Polonicarum scriptor, breviter enarrat in hunc modum:

Anno Christi 1270. Boleslaus Dux Masoviæ intulit bellum in estate, Henrico Duci Glogoviæ, et circa Castrum Civinen cum ipso confligens
„Lubinensem vocavit Miech. omnem ejus potentiam prostravit. Martino autem Abbati Lubinen, et Jeziorien cum suis Monasterijs, pro denunciatione clandestina hostium

irruptionis,

irruptionis, beneficij memor, gratiam reportavit. Hunc Miechovius. Nam eundem Lociam civitatem, ubi tunc fuerebat, evocatum, Privilegio teste, perbenigne et honorifice habuit. Canobium Jezowien, bona sipsig, per novum diploma, libertatibus aucta, patrocinio suo tuenda suscepit; eig simul villam Chrynata, in districtu Lawens, donavit, perpetuo dominio possidendam. Sed quod hac, ab Jezow longius disita, et injurijs nobilium, dum quag obvia esset, plauit Fratribus, ea ea, à bonis Jezowienibus avulsa, novam erigde Prepositurum, et in dotem Ecclesie ibid sita, destinare.

1278.

Eodem Abbate autore, Premislaus Dux Polonie, binam sortem, in Wieszhow; unam communitatis vocte partam, alteram per Vitoslaum ibid hæredem, Ecclesie nostre attributam, in Monasterio tunc presens, peculiari Privilegio firmavit de data in Lubin

1283.

Idem Dux, permutationem pagi Marzyszewo, pro Jerka, per Abbatem Martinum, cum Stephano Castellano factam, assensu suo ratam esse justit. Ejusq edicto, Canobium nostrum in possessionem Ville Charbelino, a Comite Boguslao testamento acceptæ, filijs eam intercipere volentibus, stabilitum est.

1286.

Has denig gratias, variis immunitatibus, huic loco olim per Parentem, et avos, Duces, collatis, et a se, magna ex parte auctis, obsignavit, precante Joanne Herbier Episcopo Lonarien; et propterea Fratres Conventus nostri, ad unam missam pro Defunctis; alteram pro peccatis, singulis Septimanis dicendas, obligavit in perpetuum.

1296. Obligatio.

Paulò post, Thomas, Comes de Kopanica, sorte sua in page Lopino, Ecclesie nostre tranacripta, Martinum Abbatem in ejus possessionem misit. Tandem ès, anno sequenti; Abbatiali cum solutio, sumptibus accepit:

1299.

Frem VINCENTIUM. Ab hoc Abbate, tractus fuit, ad judicium Boleslai Ducis Polonie, Henricus Sculteto Swigniechovien nomine violente invasionis, Sculteticæ ejusq Oppidi, qui post varia juris dilatia, extitit condemnatus, et de sarcienda damna Abbati; presertim vero de quinq mansis agri, decem malella carnium, duodecim panium banios, septem banos calcamentorum, viginti hostes, molendinum equile, et Castrum Abbatiale restituenda Judiis decreto compulsus. Ea fuit, Abbatum illius temporis animi inertia, ad bona Monasterij, sarta tecta tuenda, ut illa sibi passim, è manibus eripi sinerent, ab jis etiam s: quod mirum? qui potentia

1300.

tia exiguum, aut prorsus nihil valebant. Frequentes videmus Sultetias in Abbatia nostra, à majoribus institutas, non tamen cum plusibus, quàm binis, aut ternis agri lancis, ac totidem pratis, et hortis. Conferuntur jure advitalitatis, ultimus duntaxat, vel in solidum, mariti et uxoris; aliter conjecta nullius sunt momenti. Habent singula, certa pecunia summam in Originali Privilegio notatam, cujus una pars, post advitalitatis decursum, demi debet, da ut quatuor advitalitijs elapsis, nihil ex ea reliqui supersit. Nec facile in jus lanei, ultra numerum, in Privilegio expressum augentur: neq; à servitijs, jure antiquitus imperitis, libertas haud exemptio passim conceditur habita tamen ratione, bene meritorum, in Abbatis seu Monasterij obsequio personarum. Erant quoq; Sultetis nostris, varia olim per Abbates concessa, ad utilitatem officinæ. Vetustiora eorum Privilegia, has speciatim recensent. Tabernam unam, macellum carnium unum, Stationem panis unam, sutoriam officinam unam, fabrum unum, oves fovendas trecentas seu quadringentas, canes venaticos quatuor, retia ad capiendos lepores, vulpes, lupos, lynces quoq; ad aucupium. De panis judicatis tertium denarium, de juramentis vero, et arrestis, ac resignationibus, integra fidem multa cedebat. Quibusdam molendinum ventile, pro commodo suo extruendi, alijs, in lanu Abbatiali, retibus piscandi dabat facultas &c. &c.

Officia vero Sultetorum nostrorum olim erant, Abbati servitia præstare: præsertim ad publicos actus discedentem, comitari in equo proprio, bene, valente &c. ut antiqua eorum Privilegia habent &c. mercam unam: posteriorib; vero sextulis, duas marcas salarum grossarum. Casu vero quo eum Sultetus, in legationibus, præter suam culpam perderet, Abbas eidem damnum sarire tenebatur, vel certè, vacationem ab ejus obsequijs ad annum obtinebat; Sultetis vicissim Abbati, subjectionis testandæ gratia, certas mensuras tritici, siliginis, et avenæ, hordei quoq; parvum unum, vel pernam lardi, pretium, octo Sultorum adæquantem, de singulis lancis annuatim pensitantibus. — Nonnulli tamen speciali Abbatum Privilegio, à quibusvis Monasterij tributis, meritorum intuitu &c. non item a publicis et Regalibus &c. libertate gaudebant. Retentioribus vero annis, plerq; Sultetiarum, sunt exempta, et prædijs incorporata, nunc quæ restant, reliquæ, partim per plebejos; præter alia tributa, etiam ithesibus, datis anni

temporibus

temporibus, proprio impendio faciendis, destinatos; partim per nobiles in=
commendos, possidentur. Nam preterquam, quod nulli censui, aut Abbatis
Monasterijbe obsequio, sint obnoxii; plerig etiam, ex jis, pro dominis se ge=
rentes, subditis Monasterij sunt molesti, et graves; Sylvis Abbatialibus,
quibus tanquam propriis utuntur, gravia inferunt damna; ipsasq Sultetia=
as s: advocatias ut plurimum laicales, et illicitas statent ex: alijs nobilibq
pro libitu suo, Abbate et Conventu irrequisitis, vendunt ac distrahunt. Qui
tamen, in causis furti, et Sultetia, Abbatis jurisdictioni, nihil eos relevan=
te Privilegio nobilitatis, subesse debent. — Extat statutum, Wladislai
Jagellonis Regis, de Sulteto inutili, seu rebelli, ut is ab jure citatus, sumá,
a que eum concernit, tollere; Domino vero Sultetia, et bonis ipsius, dere=
dere teneatur. — Obligabatur quoq Sultetus, Abbati judicia, in pagis, ter
per annum, celebranti s: vulgo Sędy Wiesne, seu Rugowe dicta, quod in
jis de publicis subditorum delictis, inquiri solebat s: unum prandium
prabere, iniolis Villarum reliqua duo apparantibus; vel certe singula ca=
tonis, ac precedente tempore, quinquenio grossis numeratis, redimebant. Ju=
dicia hec, alibi, etiam nunc in praxi habentur; apud hos Abbatum non
residentium incuria, intermissa, vestigium duntaxat, eorum, in tributis ca=
ponum, ovorum, et avene, dictis Wiesne manet, quibus annuatim pen=
dendis, coloni pagorum, judiciorum licet expertes, adhuc sunt obnoxij. —
Optandum est, ut denuo revocentur, per ea enim, subditi, facilius in offi=
cio se continent, dum ex depositionibus singulorum jurejurando firmatis,
quorundam furta, aliorum venefitia, damna, fornicationes, ac cetera hu=
jusmodi detegantur puniendaq. Sequenti anno iterum, a Fratrib, sstituit Abbas
Fr: MARTINUS. Hoc Abbate Nicolaus Przedpełkowicz, La= A. 1530.
tinus Calisiensis, extructo in Civitate hereditaria Gostyn, hospitio pau=
perum, et Ecclesia tituli S: Spiritus, eig in dotem, pago Stanygostyn,
et molendino Skrobacz, ac dimidio lacu Zdbino attributis, novam ibidem
Preposituram erexit. Patronum vero ejus, Abbatem nostrum cum Sacon=
ventu instituit, penes eos, ut resideat perpetua unt ex Patribus Conventq
sui, ejus conferendæ potestas. Quam fundationem, Andreas Episcopus Po=
snaniensis, ratam fieri assensus est. Et ut ille, tum Frib, devenit

alendis

alendis, tum pauperibus hospitum, sublevandis, magis sufficere possit: Ecclesia Stanislaum Augustinen. cum sua dote eidem Ecclesiæ S. Spiritus annexa, dominum, in unum beneficium redegit. Cimiterij quoq; liberum usum, cum sepultura quorumcunq; fidelium, eidem indulsit.

A: 1302. Anno 1302. Pars Villæ Wieszkowo, beneficio Witoslai Nobilis, Ecclesiæ nostræ accessit. Sub idem tempus Matthias hæres de Lagowo, sortem ibidq; possessam, Monasterio huic donavit; reliquum quod in ea, superexerat juris, et fundi; à Coheredibus ejus Thoma et Stanislao, per Abbatem Martinum pretio acquisitum est. — Sequenti Anno, Ecclesia nostra, villam Garby, ac medietatem Zielnice, per Matthiam Comitem de Swierczyna, ad sartiendа Monasterio data damna, collatas accepit. Sed hanc donationem, posteris in dubium vocantibus; tandem Bogusla nobilis, ibidem hæres, paulò post, iterata largitione, cum sororum assensu, huic loco stabilivit. Circa idem tempus, Wojsko, Dominus in Wlawie, rem Cœnobij nostri egregiè adjuvit, præscripto pago, ei, in perpetuum cum omni jure attributo.

A: 1304. Circa Annum Christi 1304. Venceslao Bohemo, Rege Poloniæ defuncto, nobiles Poloni, in duas partes scissi, novi Regis electionem instituerunt. Major Polonia, præsertim districtus Posnaniensis, et Calissiensis, Henricum Ducem Glogovia, et Salomea Premysli Regis Sororis natum, in Principem sibi elegit. Minor vero Polonia, Wladislaum Lokietek, Ducem Poloniæ, et Pomeraniæ, regnum detulit. Et Henrici quidē, propensum in hospitum Cœnobium animum, variarum libertatum, Privilegia, ab avis suis Premislao, et Bolesslao olim Ducibus, concessa, et per eum ampliata, testantur; sed Wladislaus, Tinecensi Cœnobio, parum æquum se præstitit, occasione ejusmodi. Advocatus Cracoviensis Albertus, cum Magistratu Civitatis, onerum gravium, et exactionum, quibus continuò a Wladislao Loctico premebantur posteri, imperium ejus detrectarunt, ac Bolesslai Opoliensium Ducis, dominio, et potestati se tradentes, adventanti cum suo exercitu Cracoviam, urbis portas aperuerunt, Regemq; salutarunt. Injuriam hanc Wladislaus iniquè tulit: sed cum per legatos, utriusq; partis, certis conditionibus, inter eos conventa steterint; Bolesslao Cracovia cedente, Wladislaus ea potitus est; mox in adultores, et consciios defectionis

severè animadvertit; nam quorundam ex ijs bona publicari jussit, de alijs, mortis supplicium sumpsit. Cujus etiam rebellionis, Episcopus Cracoviensis, et Abbas Tinecen, complices accusati; licet insontes; Regio decreto, pœnas dependere coacti sunt. Testatur id Stanislaus Lubienius, ejusdem Canobij Tinecensis, quondam Abbas, in libro operum posthumorum, illis verbis: Joannes Muscata Episcopus Cracovien, quasi contra Wladislaum Loctiedem, Silesijs faviset, forte immeritas pœnas luit; quibus et Abbas Tinecen, innocens, obnoxius factus, multis prædijs mulctatus est. Præpositum quoq Miechoviensem, eadem ruina oppressum, Cromerus refert, lib: 11. pag: 286. prioris editionis. Lag: 292.

Tandem Abbatis hujus obitu, sede vacante, voluntate Frum obtinuit Lad:

Fr. VINCENTIUS. Is, sortem Monasterij, in pago Lopino, ab invasoribus ejus jure petijt, et mox victor obtinuit. Paulo post, et reliquas, persoluto hæredibus pretio, nostras fecit. Duravit verò imperium ejus ad Annum Christi 1316. Vincentio rebq humanis exempto, designatur a Fratribus Abbas hujus loci.

Fr. PAULUS. Præpositus Jerarien sis. Eodem anno, Joannes, ac Dobrogostius, Fratres, pagum hæreditarium Luszkowo, in corporarium Monasterio, pleno jure possidendum. — Elapso biennio pari pietate, alius par Fratrum, Mathias, et Nicolaus, cum Agnete matre, villam Swierciec in Canobium nostrum eleemosinæ nomine intulerunt, approbante utraq hanc donationem Duce Polon Wladislao. — Eidem Abbati Suentoslaus, et Albertus, Fres de Dambie, lauem Mosnie filii perperam sibi vendicatum, jure convicti, coram judicio Capitanei Majoris Poloniæ Przybyslai cesserunt. Ad ejus quoq, et Petri Præpositi Jerarien instantiam, Removitus Dux Masoviæ, hæreditatem Jezius, jure theutonico, ac civili, locandi potestatem dedit, ejusq varias immunitates, à majoribus suis Duubus, concessas, novo diplomate firmavit. Sed simul, ab ijs, villam Krosnowa, per avium suum Duem, Subcæ Jerarien in dotem, collatam, confirmationis suæ mercedem, s: decima sola fisci reservata: sibi posposit. Nec difficulter Depositus cum Abbate, ea duepere, quod mallent, unius pagi dispendium pati, quam totius fundationis beneficio, ab iratis Principe destitui. Ex eo tempore in Krosnowa, rerum potiuntur nobiles, A: 1316. A: 1318. A: 1324. A: 1334.

certam

A. 1360. Mogilnensi, ac post eum Opatowiecen. f. tno nasterium hoc fuit in Bohemia, Ord. S. Benedicti, à Ladislao Hussita funditus eversum: quorum exemplum, quædem alia Regni nostri Cœnobia secuta, nobis se quoq; tempore procedente, quoad interiorem communicationem mutuam ad illa erimus.

A. 1371. Tandem hic Abbas post biennium, extra Monasterium obijt. Fuit hic nobilis de stemmate tali ✠ oloisio dicto Lobog. Huic verò subrogatus est a Fratribus Abbas:

A. 1373. Fr. ALBERTUS. Ejus opera, et industria, Villa Rakowiec, sancta est Ecclesiæ nostræ, ac per Prælatum Judicem ritè approbata. Transit post se, pagum Wlawie, quem Lizybyslaus de Gyzyna, Castellanus Premisliensis,

A. 1374. ad se meritus, quo jure devolutum, Monasterio nostro iterum resignavit, postquam diuersum possidendum. Abbate hoc vita functo, depositus à Fribus Cœnobiarchis:

A. 1375. Fr. SOBIESLAUS. Quo præsidente, Cœnobium nostrum, binam sortem in page Malpino, beneficio Catherinæ Viduæ, et alterius nobilis, ibidem hæredum accepit. De cæteris hujus Abbatis gestis, nihil memoriæ proditum habemus. Post ejus obitum, pari Fratrum suffragio, electus est Abbas.

A. 1390. Fr. NICOLAUS, a Drzewikowo. Sub ejus regimine, Cœnobium nostrum,
Orta A. 1382. insignem eadem in possessionibus accepit, quod testatur Cromerus illis verbis:
Cromer. Histo. Lib. 34. Henricus Dux Glogoviæ, cum suo Fratre, rati commodum se natos ex avitione recuperandæ Wisliciæ, in ditione Polonicum sitæ, sub interregno, dum major Lechia, civilibus bellis ardebat, sumptis armis, eandem Civitatem capere tentarunt; sed rejecti turpiter, ab oppidanis, ac fugam versæ vecti, magnis inundationibus circumfluentes pagos ac oppida, adierunt, imo territorium omne, igne in illud sævientes depopulati sunt. Hos, ut reprimeret Peregrinus, Majoris Poloniæ præfectus; delectum militem habere instituit, sed paucis nominandis nullum operæ pretium fecit; præterquam quod bona, Episcopatus Lebusiensis, et Abbatiæ Lubinen. depopulatus est; ac damna subditis ipsorum, per hostes illata, nullis incrementis auxit. Deinde Loneviam Civitatem profectus, arcem a Silesijs præsidiarijs, adventum ejus non ferentibus incensam; Ecclesiasticorum, qui circa Dossam, et Grobiam sunt, opera usus, restauravit. Hæc Cromerus.

Ad id tempus pertinent eâ, quæ de vastatione, et exustione bonorum Monasterij nostri, quidam P. Thomas Dni hujus, ante centum annos Prior, scripto tradidit, prout ea à majoribus accepit in hunc modum: Inveni[mus]

[sunt:]

f. inquit: f bona Monasterij hujus, non solum vastata, et exusta esse, aliquoties, verumetiam Cœnobium hoc nostrum, una cum Monachis desertatum, semel, aut bis fuisse, donec iterum, Illustrissimi olim Principes Poloniæ, a Cluniacensibus ex Gallia, alios Fratres ejusdē Ordinis, huc mitti, instantijs suis obtinuerunt, quorum opera tandem res nostra tam divinæ quam humanæ, velati resuscitatæ, paulatim succreverunt. Hunus Thomas Prior. —— Senserè etiam vulneris hujus ictum, inuola Civitatenses, ex incendio oppidi, gravia damna perpessi, quorum vicem miseratus, Nicolaus Abbas, à tributis sibi debitis, exemit, tantisper, dum ex illis calamitatibus A: 1302.
respirarent. Hortos insuper, de novo colendos, à fluvio Obra, ad limites oppidi, et quos inter agros, et prata sua cujusq; industria investigare potuit, perpetuo possidendi jure addixit, horum grossorum in restaurationem oppidi, annuo defuncto censu. Tandem hic Abbas post triennium fatis concessit. Ejus locum annuentibus Fratribus obtinuit.

Fr. THOMAS. Abbati huic, Peregrinus nobilis, cum sua conjuge Umijstawa, sortem villæ Lagowo, Ecclesiæ nostræ inscriptam, resso jure resignarunt. Post intra septennium, eandem donationem, à quibusdam in dubium vocatam, ratam fecerunt, iterata eaq; perpetua transfusione pro Cœnobio nostro. Idem antecessorem suum emulatus, relaxationem tributorum publicorum, quibusdam Monasterij pagis per hostes exactis, ad certum tempus, apud Vladislaum Regem, Privilegio impetravit. Sed anno sequenti, primus Maji dies, ei fecit extremum. Quo item anno, Abbatiale munus, à Congregatione defertur. A: 1304. A: 1395. A: 1390.

Fr. LAURENTIUS. Is decreto Bonomis Officialis Posnaniensis, bonos agri laneos, Monasterio nostro repetijt, quos ibi tenere, in Advocatia Swiedechovien, Januspius, et Nicolaus Fres, dicti Warmali, vendicarant. Duravit vero ejus Imperium ad annum 1402. quo è vivis excessit. Post hunc electione Fratrum, potitus Abbatia. A: 1390.

Fr. VENCESLAUS. Abbas hic Joannem, in Gryżyna hæredem, de villa Monasterij Wtawie, ac de loco Wonieszowo, per vim ejectis, causam dicere coegit, apud Joannem Officialem à Bonifacio Papa IX. Judicem designatum. Sed is satis inhibentibus, nedum utroq; decisa migravit è vita. Cæsum hunc olim Paulus Abbas, Wojslao de Gryżyna Judici Posnaniensi, meritorum intuitu specialis Privilegio concesserat, ad A: 1042. Hic vixit circa An: 1324.

vitæ sedē

vitæ suæ tempora, usurpandam. Sed ejus posteri, beneficium hoc, malefi-
cio rependerunt. Nam dum ejus usum, supra septuaginta annos, successi-
vè continuant, Abbate excluso, suum fecerant. Obijt hic Abbas, post quin-
quennium. Secutus est eum in præsidentia

A: 1408. Fr MATTHIAS. Qui actionem villæ Wrawie, et lacus Wonies-
ien, cum littoribus, et piscatis, Venessai Abbatis obitu lapsam, erexit, in-
vasorem in jus vocavit, ac decretis, Apostolicis Judicijs, damnatum, sacrilega
utriusq; possessione dejecit, approbante ea, ac in dominium Abbatem re-
ponente Judice terræ Posnaniensi Nicolao a Czarnkow. Eodem Abbate
Autore, Wladislaus Rex, eductis, ac desertis Cœnobij nostri pagis, ad eos
A: 1408. iterum locandos, vacationem a publicis tributis, vectura ac laboribus castren-
sibus, per Fr̃em Thomam Abbatem h: l: Anno 1393 obtentam, pro-
movit eoq; quamdiu Abbas, a tributis sibi debitis, jisdem indulsenit li-
bertatem. Idem Abbas, pagum Monasterij Starkowice vendidit, sed hoc
damnum simul sarsivit. Nam ejus industria & impensis, Villa Jesia, à
A: 1411. Martino olim Abbate permutata, ad Cœnobij nostri dominium reverit. Exem-
plorem quoq; a pendendis telonijs, oppido Krzywin, à Bolesl.o Duce, per
fratrem Majoris Poloniæ f. aliud exemplar habet per totum regnum: f olim
1240 confessam, et post, à Casimiro Rege approbatam, per Sendivogium
A: 1412. Ostrorogum Majoris Poloniæ Capitaneum Generalem, renovari fecit. Vixit
in Officio ad annum 1414. Excepit hunc creatus a Fribo Abbas;

A: 1414. Fr GEORGIUS. Eo sedente Wladislaus REX, oppido Swiętie
chowo, certas immunitates, peculiari diplomate contulit; Foro etiam Septima-
nali ibidem instituto. Tandem Anno Christi 1418, postulatur à Conventu
Fratrum ad regimen Abbatiæ.

A: 1430. Fr NICOLAUS. Qui per Starogostinensem Præpositeram,
tum dignitate administratam, viam sibi ad Abbatialem honorem aperuit.
Sed non diu post, ab officio liber, successorem habuit.

Fr̃em ALBERTUM. Hujus opera, nonnulla Cœnobij nostri
bona, à Bartossio Wenzebor in Gostin, et Joanne in Daleszyno hæredib.
sibi, per nefas, usurpata; Wladislai de Opbrowo, Officialis Posnaniensis,
A: 1420. Martini V. Papæ Commissarij Judicis, decreto, Ecclesiæ nostræ sunt restituta.
A: 1422. Idem Abbas fundum villæ deserte Marzyszewo, oppido Krzywin adjunctis, et in-
corporavit, jure civili in perpetuum; adjuncto tributo, unig marcæ laborum
grossorum, ex singulis laneis, et unius festonis, loco decimæ, per colonos ejusd.

fundi

fundi, annuatim Monasterio pendendorum; illa etiam interposita conditione, ut si in posterum Episcopus Posnanien, alium modum induxerit, pro solutione fertonum, quovis loco seipsum concernentium, eundem etiam, et tunc oppidani Civinenses sequi teneantur.

Idem Joanni haeredi in morte indulserat potestatem piscandi, ad litte- A: 1427.
ra sancti Mosiejski, ex mutua concordia, judicio terrestri approbata. Sed nostra etate, ea de re, lite inter nostrum Conventum, et modernum ibidem Dominum, Radzewskium, ansam ej praebente, exorta, per novam concordiam, antiquo Privilegio actis Castri Cracoviensis, in perpetuum renunciavit. Tandem, Abbas hic, ubi vitam finivit, munus ejus, eodem anno, iterum capessit.

Fr NICOLAUS. Quo tempore, Petrus Abbas Mogilnensis A: 1422-
Professus hujus loci, unionem Conventus sui, cum Nostro Coenobio, quasi metitum patricipationem, renovavit. Egit tunc Praepositum Choynatensem quidam Frater Sandko, quem primum ex Praepositis, Abbatem, in jus ad Epi- A: 1428.
scopum trasisse legimus. Causa vero litis, dissidiq huius, erant fertones decimales, de Smolice, antecessoribus ejus, ad levanda Praepositurae onera, per Abbates olim concessi, sibi vero negati. Meruerat hoc ejus proterva, ob quam jussu Abbatis, fuit prahendus, et carceri mancipatus. Tandem Episcopus Posnaniensis Stanislaus, ad instantiam quorundam Nobilium cognatorum ejus, liberum dimitti jussit. In vicem vero fertonum, sex marcas ejdem assignavit annuatim per Conventum pendendas, eousq, donec sibi, per oblationem, de pinguiori beneficio plenius non esset, et fuit post triennium, ad Choynatensi ad Stangostinensem Praepositurem translatq, Ac
1437 Cassius hoc Praepositu quam servientes Clementem, ad simile quid, audendum, edixit. Nam cum in Capitulo Generali, ab Abbate, de retenta harasji pensione, reus actus, ad eam sibi vetero more solvendam, penis adigeretur; Praepositus gravaminis praetextu, Archi-Episcopi opem imploravit. Ejus A: 1437.
igitur jussu, controversiam hanc apud sequestres, Joannem Decanum, ac Thomam Strimpinski Decretorum Doctorem deposuerunt; arbitrio ipsorum decidendam. Porro ij partium allegatis, diligenter expensis, ad concordiam inter eos instaurandam dulaxarunt. Imprimis Praepositura Jezierensis, esse filiam Coenobij Lubinensis; Praepositum, idcirco, matris suae jussis, in persona Abbatis, et Conventq parere debere. Tributo binorum stamnum, [illegible] harasji, eodem annuatim pendendo, teneri.

Ad sumptus,

Ad sumptus vitæ degendæ, valetudinisq; curandæ, Fratribus Vicarijs, subministrandos, esse assictum.

Nec à delictis eorum corrigendis, ac rebellibus, si qui fuerint, Abbati denunciandis, eximi.

Fratres vicissim de obsequendo Præposito, pœnasq; ab eo inflictas, parato animo subeundas, obligari.

Abbatem non prius beneficio destituere posse Præpositum, quam apud Archi-Episcopum, justas privationis ejus causas, produxit.

Facta hac sibi detrectatione, utrag pars accepit. Nicolaus vero Abbas
A: 1440. vita decessit Anno 1440. In ejus locum substituitur.

Fr. MATHIAS. Antecessores ejus, quotidiana panis, et vestiaria prebenda, Parochis in Lubiń concessa, voluntarias sibi compedes infecerant ea gratia sensim in morem, et post in legem migrante. At hic
A: 1442. Abbas, tenacibus se, et successores, implicuit. Nam quandam concordiam, discordiarum fontem, inter se, et Parochum, de pendendis ej quotidie, etiam absenti, sed panibus Abbatialibus, et mensura cervisiæ itidem Abbatialis, cuiert dicta; roboribus quoq, ac cæteris stylis, ad eandem ej, non negandis, et arbitramenta Pelka, et Gorka Canonicorum utriq factam, cui opponere debuit, volens admisit. Sed de hac concordia deinceps agendi, nos redibit occasio. Post decessum Abbatis hujus, devolvit regimen ad electum Abbatem
Frem STANISLAUM. Is Privilegium antiquum, Ecclesiæ Skarygostinen, super certas decimas, in pagis Skarygostyn, Dalesyno, Gola, Brzezie, Zdbino, Malewo, Porzecowo, per Andream Episcopum
A: 1443. Poznanien, renovari, et approbari fecit, de data Posnaniæ A: 1440.
Circa idem tempus, Wladislaus Rex, subditos Monasterij nostri, à quibus
A: 1444. laboribus circa Regni Castra præstandis, penitus Privilegio eximit in perpetuum.

Iisdem, frumentaria Regni tributa, Costenam civitatem, et non ultra à se vero requisitis Posnaniam duntaxat, ut comparent induxit. Abbate hoc, morte extincto, Monasterij hujus regimen, conspirante Fratrum aprobatione obtinuit;
A: 1444. Fr. STEPHANUS. Hic opera sua, et impendio, anteriorem Ecclesiæ nostræ partem, seu Chorum Fratrum, advectam ferream porratam, cum contiguo sibi saxario, supellectili sacra asservandæ opportuno; et supra illud sito; S. Stanislai sacello, extruxit. Idem jugum Babendæ

Parochialis

Parochialis: de qua paulo ante: exemplit. Urgente enim eam Parocho illo
& contra renuente, cum per utrumq; ad Episcopum Posnaniensem, arbitrum
delectum, in Monasterio nostro tuhi presentem, iturn esset; litem hanc ratio=
nibus partium, soleti prudentia expensis, hoc modo diremit. A. 1445.

In primis arbitramentum Canonicorum Pelta, et Gorka, quoad pensionem
prebende, Abbati onerosam damnavit, et irritum fecit. Pronuncians: Ab=
batem, Parocho Lubinen, pro tempore existenti, in vicem ejusdem Prebende,
marcas quinq de fertonibus pagi Lusalowo, annuatim solvere debere. Quam
sententiam, uterq; habuere ratam. Alteram ejusdē arbitramenti partem, de
querelibus, et alijs sylvis Abbatialibus Parocho ad usum liberum, conceden=
dis, Episcopus reliquit intactam. Sed ejus praxis, non diu in suo robore man=
sit. Nam processu temporis, cum Conventum nostrum lignorum inopia, labora=
re cepisset, sylvarum liber usus Parochis eas, sine modo, et cum ingenti
Cleri nostri damno, edentibus, per Abbates fuit interdictus, eaq; gratia
concessa, ut in posterum liceret ipsis, quicunq; post curtes Abbatiales, suis
quoq; curtum, pro lignis foco necessarijs exhibendis, s. fructiferis tamen arbo=
ribus per omnia saltis: expedire. — Idem Abbas, diem dixit, sistendi
se ad judicium, Matthie hæredi in Lubiatow, invadenti temere lacum Ocho=
riensem, et post varia juris litigia, causam vicit, decernen, pro Abbate Pe= A. 1446.
tro de Gaij Judice Posnanien: — Idem Lacum Bielozyno, continu=
is vilinorum nobilium damnis, et infestationibus obnoxium, vendere coactus
est, et in ejus locum Advocatiam Sedzeschoviensem, utiliorem Monasterio
futuram ratus, pretio comparavit. annuente ad id Casimiri Regis assensu.
Idem sequenti anno, ad sopienda dissidia, quæ occasione molendini Sicio=
drochoviensis, inter Abbates, et hæredes de Malavo, sæpius exiri solebant,
certis conditionibus, utrinq; laudatis, cum Petro ibidem hærede, concordiam
init, à Judicio terrestri Posnaniensi approbatam, Ao 1448. A. 1448.

Eodem anno Præpositum Jezuiensem Albertum, traxit ad judicium
Consistorij Gneonensis, nomine retentorum staminum haraszij, ubi pro=
ducto instrumento sententiæ, per Commissarios Judices, sub Nicolao
quondam Abbate, contra Clementem Præpositum, in simili causa
lata, eamq; Judicio Consistorij, approbante, debitore, tributario, sibi fecit.

Idem antiqua jura oppidanorum Jezuiensium, quoad tributa,

laboris,

labores, et alia onera, Preposito prestanda, speciali Privilegio confirmavit, quedam etiam, totius Capituli consensu, de novo condidit in
A. 1451. hunc modum. Anno Christi 1451.

In Nomine Sancte, et Individue Trinitatis, Amen.

Dum luet litera, et actio commissa sibi, ujus assertio nutrit memoriam, et roborata sussipit incrementum. Et quoniam facta mortalium laudabilia, frequenter oblivionis interitu, ab hominum memoria se subtrahere solent, ea ratione, discreta et provida virorum sapientum decrevit auctoritas, ut quicquid apud homines agitur, laude dignum, idipsum debeat, authenticorum serie, cum munimine sigillorum, propter eternitatem memorie conservandam, scripto commendari. Proinde nos Stephanus Divina patientia Abbas Lubinensis, Venceslaus Prior, Petrus Claviger, Burchardus Custos, Martinus Cellerarius, Stanislaus Prepositus Nove Curie, et omnes alij Patres, et Fratres Professi ejusd. Conventus Lubinensis, Sce Marie Virginis, Ordinis S. Benedicti, Diocesis Posnaniensis.

Ad perpetuam Rei Memoriam.

Universis et singulis, presentibus, et futuris, hanc literam inspecturis, lecturis, audituris; notum facimus per presentes; quomodo nostri ad presentiam venientes, sagaces, ac provide viri, Stanislaus Merretor, tunc Proconsul, nec non Matthias Sartor, Jacobus dictus Hanczny, Petrus Sartoris, Consules cum tota Communitate, oppidi nostri Jerzew. humiliter ac devote nobis exposuerunt, qualiter bona ipsorum, per hostilitates et bella ac alia incommoda, eisdem importune occurrentia, sunt consumpta, et in favillam redacta. Inter que Privilegium, ejusdem Oppidi nostri Jerzew, ac totius Communitatis est dependitum, ipso tempore, quod continebat in se ius theutonicale, libertatem suam, censuum solutionem, ac cetera in ibidem inclusa. Qui quidem Oppidani, cum tota Communitate jam descripti, nobis preces assiduas cum

humillimis

humillimis petitionibus obtulerunt, quod et obligati propter Deum supplicantes, quatenus damnis eorum comparerentur, et ut ipsis Privilegium, secundum antiqui Privilegii positionem, super libertate ejusdem nostri oppidi, et censibus, aliisque ibidem contentis, renovando, largiri et dare, pie dignaremur. Nos itaque visa et cognita, dictorum nostrorum fidelium, Provisoris, Consulum, ac totius Communitatis dicti nostri Oppidi Jezini, humili, et justa petitione, que nunquam est denegata. Cupientes super premissis Suffragante Domino, nostri ellemosinis bona, in fructus uberiores devenire, et eorum egestati subvenire, tanquam justis et rationi consonis, ipsorum petitionibus, de unanimi voluntate, et consensu totius nostri Capituli, Predictum nostrum Privilegium, ipsis renovavimus, et renovamus, dedimus, et damus, approbavimus et approbamus, ratificavimus et ratificamus in perpetuum per presentes. Ratione cujus renovationis, donationis et dationis dicti Privilegii, previsitos oppidanos nostros conservavimus, et in perpetuum conservamus, cum presenti nostro Privilegio cuncta omnia, et singula jura theloneuralia, quibus alie civitates, in circuitu dicti oppidi nostri Jezini, fruuntur, et utuntur, in Duratu Ellasoniae. Damus in perpetuum et concedimus Provisori, et Consulibus, pro tempore existentibus, libram alias Wage rasoriam, alias pesum, alnam, correctionem rebellium, et reformationem malefactorum, omnes penas parvas, alias levis, ut sunt assadiorum, cultrorum, cambuarum, et omnium armorum, et ipsorum prohibitiones; magnas penas, sicut sunt homicidarum, vulnerum, quorumcunque committuntur nomine, penitus pro nostro dominio reservamus. Item dedimus et damus dictis oppidanis nostris, edificare, et construere balneum oppidi, in quo propterea servabunt balneatorem, à quo facultatem totalem habebunt, censum tollere, et recipere in perpetuum. Quem censum, convertere debent, pro communi bono totius nostri oppidi, et utilitate, tali interposita conditione; ut D. Prepositus, pro tempore dum suis capellanis, et familia tota, singulis septimanis, libere sine quovis pretio, poterit balneari. Qui Balneator eundem D. Prepositum cum ipsis Sacerdotibus et familia, radere, tondere, erit adstrictus. Et si dies Sabbathi, in festis aliquod celebre venerit, alio die, puta feria quarta, vel secunda, dum balneum

calefiet

valefiet cum suis Capellanis et familia, ipse D. Prepositus, locum habebit balneandi. Insuper Magister Scholæ, et omnes Scholares, ad salutem omnium fredelesorum, festa quarta singulis hebdomadis, locum habebit balneandi. Etiam dicti, Magister et omnes Scholares, in duabus hebdomadis ratisam, et tonsuram habebunt, et antequam loti, de balneo exeant, ut moris est alibi: De profundis, cum collecta pro defunctis complebunt, nonomittendo ibidem, in honorem gloriosæ Virginis Mariæ, Salve Regina decantare. Ratione cujus etiam donationis, et largitionis, omnes in eodem oppido nostro, agros colentes, annis singulis, in Festo B. Martini Confessoris, Dño Præposito, pro tempore solvere debebunt, quilibet de manso uno, ut ibi mos est, duodecem Coros utriusq; frumenti, admutato, vulgaliter Wiechwate, quatuor siliginis, quatuor Ordei, et quatuor avenæ, Et etiam solvere tenentur, cum censibus frumentalibus, censum pecuniale, videlicet quatuor grossos, cum medio, Dño Præposito, pro tempore existenti, monetæ in ibidem tunc currentis. Item omnes agros colentes, in eodem oppido nostro, tenentur ipsi D. Præposito, arare annis singulis, uno die, et quid quid eodem die per eosdem fuerit aratum; aliis iterum diebus, uno die per arare [aliquos] preterea, et arpicare, vulgaliter wtegen, donum dum et quando, fuerit necesse, ad seminandum arare, similiter omnes, agros colentes, ipsi Dño Præposito uno die, erunt arare adstricti, Sed non seminare; sed quid in eodem agro per ipsos oppidanos, ararato, fuerit seminatum, dicti agros colentes, ex integro debebunt arpicare, et in eodem labore, dū et quando fuerint, prefuent sua jumenta, cum quibus arabunt, et non alia, pascere in pascuis D. Præpositi, sine nocumento tamen, pratorum suorum, aut notabilis damni. Dicti etiam oppidani, quilibet de sua area, seu domo, Dño Præposito, annis singulis super terminum deputatum solvere sunt adstricti grossum cum medio, et qui habet hortum, diu locatam circa suam aream vel domum, ab eodem nihil censuabit, Sed qui foinseus, oppidum, hortos habuerint, vel præter aream, similiter grossum cum medio censuabit, in quibus hortis prefuent horrea fabre, vel alia edificia, sine quovis impedimento, sive notabili damno. Insuper bracdantes, et prosplnantes cerevisiam, omnes Dño Præposito annis singulis, ad prescriptum terminum, per decem grossos, monetæ currentis pagabunt.

Etiam

Etiam omnes agros colentes teneantur Dño Preposito Jalcastrare, annis singulis uno Jaie, et quando mandaverit rastrare. Dominus Prepositus, extunc tam agros non habentes, quam inquilini, dictum Jarum astricti erunt rastrare.

Cum etiam inundatio aquarum, aggerem invalescere, violenter impendo, volumus, ut omnes Oppidani, et inquilini, ibidem pro eodem reparando, alias ad mandatum sui Superioris, quia communi bonum, quod est utile, semper est approbatum. Nihilominus dum et quando, dicti Oppidani agros colentes, Prepositi in pratis suis Jalcastraverint, extunc Prepositus, eosdem Jalcastrantes suis expensis debebit et tenebit puerare. Alia autem omnia jura, quae modo nobis sunt incognita, et post; ut in aliis civitatibus, in Ducatu memorato, possent esse, nobis competentia; pro dominio nostro, et successorum, reservamus. Ut autem hae donatio, largitio, et renovatio, robur obtineat perpetuae firmitatis; Praesentem nostram literam, sive Privilegium, Sigillorum, nostri, et Conventus, jussimus appensione roborari. Datt: in Monasterio Lubinensi, Feria 2. proxima, ante festum S. Apollonie Virginis, et Martyris: Anno Domini 1451. praesentibus ibidem Dominis Nobilibus, Joanne de Krzyzanowo, Dobrogostio de Lorzgowo, Joanne Lopienski, Joanne de Wilkowo, et me Sirone de Golembino, Notario publico, hac vice officiente, caeteris testibus, ad premissa vocatis, et requisitis. A: 1451.

Stephanus Abbas Lubinensis

Venessaus Prior cum toto Conventu.

Privilegium hoc elapsis septuaginta annis, Nicolaus Wyslerinski, Abbas, simul et Prepositus Jeroviensis: quo tempore Praepositura nondum resignata, Abbatiae regimen resumpserat, pro Regem Sigismundum approbari jussit, in hunc qui sequitur modum. 1530.

Sigismundus,

SIGISMUNDUS PRIMUS

Dei gratia, Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, &c: Dominus et Hæres.

Manifestum facimus tenore præsentium, quibus expedit universis, præsentibus et futuris, harum notitiam habituris. Quomodo coram Nobis et Senatoribus Regni, personaliter constitutus Venerabilis, et Religiosus, Nicolaus Wysterchilii Abbas Monasterij Lubinensis, et Expositus Jezierensis Ordis S. Benedicti, suo et ultimeq Conventus nomine tam Lubinensis, quam Jezierensis; produxit certas literas, seu Privilegium, sub titulis et sigillis, Venerabilis et Religiosi olim Stephani Abbatis, et sui Conventus Lubinensis; jus theutonicale censuum, et aliarum obventionum solutionis, onera, libertates, immunitates, et Privilegia oppidi Jezierz, eidem Abbati, et Monasterio subjecti, in se continen: Nobis humiliter supplican, ut eadem literas, seu Privilegium approbare, ratificare, et confirmare, Autoritate nostra Regia dignarentur; quarum quidem literarum, tenor erat talis:

In Nomine S. et Individuæ Trinitatis Amen.

Dum luuet litera &c: Vide hoc Privilegium, supra pag 42.

Pergit deinde Rex:

Nos igitur SIGISMUNDUS REX, Supplicationibus ejusq Abbatis, et Suorum Conventium, tam Lubinen, quam Jezierien benigne annuentes, literas preinsertas, seu Privilegium præfatum, in omnibus suis punctis, clausulis, et articulis, approbandum, ratificandum, et confirmandum

duximus

dusimus; prout approbamus, ratificamus, et confirmamus, auctoritate Regia, decernentes omnia et singula, in fidem litteris, seu Privilegio contenta, robur perpetuæ firmitatis obtinere, perpetuo, et in evum; tenore præsentium, quas in fidem, et testimonium, Sigilli nostri jussimus appensione communiri. Datæ: Petriwviæ in Conventione Generali, feria 3tia ipso die Sti Luciæ Anno Domini 1530, Regni nostri: decimo, vigesimo quarto.

Petrus Tomicki Episcopus Crawvien, et Vice-Cancellarius.

Fuit hic Abbas, subditis, in exactione tributorum gravis, et eo nomine apud Casimirum Regem accusatus; et ab eo, per literas monitus: Anno 1459. Idem bona Woniesici, impetrato Regis assensu, Joanni de Chelm Castellano Lotancensi, mille trecentis Ungaricis, in stipendia exercitus Regni expensis, ad biennium obligavit; sed exemptionis eorum, palmam, Successori, Servavit DEus: Nam is anno sequenti, extremum diem clausit, dum annis denis, et senio præcedisset. A. 1459. A. 1460 6ta Februarii.

Porro Rex fidem Conventus hostri, erga Rempublicam munerans, eundem a Statione de bonis Woniesici, Regibus ex antiquo debita, peculiari Privilegio eximit; duraturo ad refutationem Summæ ejusdem, Conventui hostro, et erario Regni, quod nec hucusq factum est.

Abbas hic Stephanus, fuit Cœnobij Mogilnensis Professus. Probavit insimis virtutem, et industriam suam in administranda Parochia Mogilnen, et hinc sibi, ad regimen Abbatiæ hostræ, proximum gradum fecit. Jam enim pridem, inter utrumq hoc Cœnobium, convenerat, de mutua ope, sibi in simili necessitatis eventu, præstanda. Unde et Mogilnense monasterium habuit vicissim Abbates è Cœnobio hostro postulatos. Hos inter occurrent commemorandi duo, Przybystaus et Petrus, hujus loci Professi: quorum posterior, Mogilnensem Abbatiam adeptus, portionem meritorii Conventus sui, Congregationi hostræ communicavit. Vixit circa Annum Christi 1425. Idem Calicem argenteum inauratum, ac pretiosis lapillis instructum Ecclesiæ hostræ, in grati animi Symbolum, proprio ejdem insudato homine, vivens dicaverat. Sed hunc Anno Christi 1627 cum reliquæ

sepelientibus

Supellectili sava, prædatorio militi in spolium cessisse dolemus. Et hæc de Fratre Petro. Przybyslaum quoq; ejusdem Monasterij Abbatem, ex nostris Fratribus Professis, fuisse, vetustæ archivi nostri paginæ testantur. Quin et nostra memoria Priorem Cœnobij sui, a nobis se habuisse invenient, Mogilnenses Fratres, modo memoriam evolvant. Sed ad nostra redeamus.

Morte amisso Stephano Abbate, electione concordi Fratrum, vocatur ex Præpositura Jezoriensi ad munus Abbatiale.

A. 1460. Fr ALBERTUS. Regnabat tunc in Polonia Casimirus III. quem primum, in electiones Canonicas, manus injecisse legimus, à nostro Monasterio exorsum. Nam eodem Anno in Comitijs, Petricoviæ cum Proceribus regni celebratis, lege cavit; ne extuna Abbatis Lubinensis electio esset valida, nisi suo fuerit suffragio roborata. Postea intra duos menses, Majoris Poloniæ oras perlustrando, cum Posnaniæ subsisteret, Albertum Abbatem hujus loci auditum: electo in posterum, de gremio Fratrum Abbates, sic cæterarum nationum exemplo: per Conventum præsentari sibi jussit, calculo suo probandos. Quod quidem Abbas, cum Principis mandato refragari non posset, suo et Successorum nomine, factuum se scripto obligavit. Episcopo vicissim Regi fidem dante, de petenda confirmatione electi, donec prius Regio assensum, pro sua parte obtineret. Exempla Submissionis utriusq; hic ante oculos ponere libuit, ex Regni statutis mutuata.

Cromer: Lib: 24. pag: 582.

Conventus Lubinensis, pollicetur se electum Abbatem, Regiæ Majestati præsentaturum, et ab ea votum et consensum petiturum.

Nos Albertus Divina patientia Abbas, Joannes Prior, Venceslaus Præpositus in antiqua-Gostyń, Martinus Custos, et Joannes de Krobia, Fratres Monasterij de Lubiń Diœcesis Posnaniensis, nostro, et Conventus nominibus, Significamus

tenore

tenore presentium, quibus expedit universis, tam presentibus, quam futuris, quod, quahquam de jure, et consuetudine, post cessum, vel decessum Abbatis, cujuslibet, prefati Monasterij nostri ad nos, nostrumq Conventum, futuri Abbatis electio canonica spectet, post vero canonicam et legitimam electionem, per nos, nostrumq Conventum, in Fratrem Conventus nostri, canonice factam, arde confirmationem, provisionem, et consecrationem, prout et debite tenemur, eundem Fratrem Conventus nostri, Serenissimo Principi, Casimiro Regi Polonie, &c: &: et ejus Successoribus, debitum honorem exhibentes, tanquam Patrono nostro, representare, nec non electionem, futuri Abbatis intimare, et notificare, spondemus ac presentibus pollicemur: ac etiam a Sua Serenitate, et Successoribus legitimis, humiliter votum petere, et consensum gratiosum postulare, et impetrare, prout ad hoc de jure, et consuetudine tenemur; in quem Sua Serenitas, benigna pietate, prebebit votum gratiosum, et consensum. Ad cujus quidem electi provisionem, confirmationem, et Consecrationem, absq consensu prefati Serenissimi Regis, vel Suorum Successorum, nullo modo procederemus, donec prius desuper, consensus Regius, fuerit nobis benigniter datus. In quorum omnium fidem, et testimonium, presentes literas, per notarium publicum scribi curavimus, sigillisq Abbatiatus, et Conventus nostri, fecimus communiri. Datt: et actum Posnanie, die Mercurij mensis Julij Anno 1460. Pontificatus Sanctissimi Domini D: Pij Secundi Papæ, anno ejus Secundo. In Sala Superiori Castri Posnaniensis hora Vesperarum: Presentibus ibidem Nobilibus Magistris, et Generosis Dominis, Andrea Episcopo Posnaniensi, Joanne de Brzezie, utriusq Juris Doctore, Sanctæ Palatij Apostolici, Causarum Auditore, Vice-Cancellario Regni, et alijs fide dignis. (aa) Sequitur. (aa)

Submissio Episcopi Posnaniensis.

Andreas Episcopus Posnaniensis.

Significamus tenore presentium, quibus expedit universis. Quomodo nos volentes Regiam Majestatem ad futura tempora, prout tenemur, A. 1460.

honorare

honorare, promittimus praesentibus, quod ex nunc, et in antea, ad nullig
in futurum Abbatis Conventus Lubinensis, Dioecesis nostra Posnaniensis,
qui per Fratres Conventus illius, canonice electus fuerit, provisionem, conse-
crationem, ac etiam confirmationem, procedemus, nisi prius, per Capitulum
Conventus sui, post electionem canonicam de ea factam Serenissimo Dno
Casimiro, aut Suo Successori Regi Polonie praesentatus fuerit, et in ipsum
sua Serenitas consenserit. Harum quibus sigillum nostrum praesenti-
bus est appensum, testimonio literarum. Actum in Castro Posnaniensi, An-
no, Die, et: ut: Praesentibus testibus ut supra.

Serpsit hoc malum, statim ad Cathedram Cracoviensem, promovente
illum Rege. Nam eodem anno, intra duos menses, defuncto Erempinio
Gomer. Lib: 24. pag: 652. Episcopo, cum ipsi Summus Pontifex, Siennenium: Praelati Cracovienses
Bretium Vice-Cancellarium Regni, commendassent, ille, rejectis utriusq
postulatis, Guscinium Episcopum, Cancellarium, proprio motu, jisdem
eligendum instruxit. Post, et ad alias Episcopatus, ac Coenobia Regni, quo
eo tempore, in praesentandis electis, petendog assensu, mandato Regio
parere coguntur.

A: 1461. Anno sequenti, Albertus Abbas bona Woniesiei ab antecessore
suo Reipubl: gratia obligata, elapso biennio, annuente Rege Casimiro,
exemit. Juvit hunc nummis exhaustum, ducentis marcis, mediocrum gra-
vorum bonorum Nicolaeum, Vir nobilis de Malzewo. Unde benefi-
cij hujus nomine, meruit a Conventu nostro, hospitio aucpi, ad extrema
vitae tempora, cum equo, et famulo sustentatus. Post decessum quog ip-
Obligatio. sius, ad Officium Defunctorum, singulis quatuor anni temporibus, se-
mel, cum Missa de Requiem, cantu persolvenda, alias quatuor missas,
pro anima ejus recitandas Abbas cum Fratribus, seipsos, ac Successo-
res, in perpetuum astrinxerunt, sponsione acta Consistorij Posnanien-
Engl: An: 1461. sis connotata. Praeter quog ej fuit, Stephanus Altarista, Ecclesiae S.e
Barbarae Posnaniensis, à quo similiter, centum et viginti aureos, in fun-
do Mszpinensi obligatos accepit, in vem censum redemptionalis, praedictae
Ecclesiae annuatim pendendi.

Idem Abbas, extructam per antecessorem Ecclesiae nostrae prora-

ad cratem

ad oratem usq ferream protensam, ab Episcopo Moldaviensi, et Suffraganeo Cosmaniensi Nicolao cum altaribus, ritu solemni consecrari fecit. Agri quoq totius ville deserte Martyrtzwo, communi Fratrum usui, antiquitus destinati, et per antecessores intercepti, ab eodem Abbate Fratribus restituuntur, prædij insuper Kwarydwor, et pagi Giestachowo, nova assignatione cumulati. Qui quidem agri, nunc redigantur in culturam, a cibibus oppidi Kryvin, ex Privilegio Alberti olim Abbatis hujus loci, censum ex his percipiam, Conventui nostro annuatim penestantibus. Porro Abbas hic post octennium, regimen, et vitam finivit. In locum vero ejus designatus a Fratribus Fr. THOMAS Calissiensis. De hoc Abbate in quodam vetusto codice ita scriptum inveni. R. P. Thomas electus est Abbas hujus loci, in Vigilia Nativitatis Bssmæ V. Mariæ, confirmatus in crastino S. Francisci consecratus proxima Dominica, ante Natalitia Domini. Ille hunc librum, qui nunquam antea fuit, in hanc formam redegit. Hæc ibi: Intelligendum est, de libro, in quem decreta judiciorum, in Abbatia olim statis diebus celebrari solitorum, per unum ex Patribus, Abbatis Cancellarium. Item transactiones, conventa facta subditorum, et his similia referebantur. Inter hunc Abbatem, et Martinum Præpositum Jezierscensem, ortum fuit dissidium, de pensione annua, cinerum Staminum harasij, et alia pecuniaria, orta Ungaricorum, utraq a duocentis annis instituta, et a biennio Abbati negata. Tandem hinc inde Stanislaus de Skawsk, Decretorum Doctor, et Canonicus Cracoviensis, et Stanislaus Præpositus Kalischensis, quos sibi pares utraq, ex compromisso, arbitros, delegerat; causa rite examinata, has pacis inter eos instaurandæ, debitæque cum reverentiæ conditiones, a Præposito servandas.

Imprimis Præpositus Jezierscensis, Abbati Lubinensi, quam debet subjectionem, et obsequium, cum omni observantia præstet.

Tributo duorum staminum harasij, quotannis superiorem suum agnoscat.

Indicto ab eodem Generali Capitulo Justa Ordinis statuta, stare se, ne recuset.

Litis expensas, bis centum florenis Polonicis, ac duorum annorum redenta, bis octonis, Ungaricis numeratis, Abbati refundat. — Doctor hic complexus

ultimis diebus Aprilis. A: 1462.

A: 1460.

A: 1472.

libros

libros, Sacrorum Canonum scita continentes, Bibliothecæ hostiæ donavit Anno Christi 1469.

Arbitramentum vero istud post sexaginta annos, Fr. Nicolaus Wyszinski Abbas hujus loci, occasione rebellionis, Pauli Choynacij Præpositi Jeziorien. a Sede Apostolica approbari obtinuit, rescripto sequenti:

CLEMENS EPISCOPUS
Servus Servorum DEI. Dilectis Filijs,
Abbati et Conventui Monasterij Lubinensis, O. S.
Benedicti, Diœcesis Posnaniensis,
Salutem et Apostolicam benedictionem.

Ea quæ judicio, vel concordia terminantur, ut firma, et illibata persistant, et ne, in recidivæ contentionis scrupulum, relabantur; Apostolico hæc decet præsidio communiri. Sane pro parte vestra, nobis super exhibita petitio, continebat: quod olim alias, inter quemdam Thomam, dum viveret Abbatem, et vos filios Conventus, Monasterij Lubinensis, Ordⁱⁱ S. Benedicti Diœcesis Posnaniensis ex una, et quemdam Martinum, etiam dum viveret Præpositum Monasterij, per Præpositum solitum gubernari, in Jeziorz, ejusdⁿ Ordinis, Gneznensis Diœcesis, tunc in humanis agentem, super debita Monachali Obedientia, sibi, et pro tempore existenti, prædicti Monasterij Lubinen. Abbati, per etiam, pro tempore existentes Præpositos, prædicti Monasterij in Jeziorz, tanquam subjectos, ex professione Regulæ S. Benedicti, impendenda, et præstari solita: nec non certorum enchiorum, dicti Monasterij Lubinensis, in recognitionem Obedientiæ, annis singulis dicto Abbati, et pro tempore existenti, per Præpositos, etiam pro tempore existentes, ab antiquo tempore, solvendorum retentione, et illarum solutionis retardatione, seu remotione, aliisque rebus, tunc expressis, et illorum occasione partibus ex altera materia quæstionis. Tandem præfatus Thomas, tunc Abbas, et vos filij Conventus, et Martinus etiam tunc Præpositus, super his, in quemdam

Nicolaum

Nicolaum de Srlendy, Archidiaconum Sremensem, et Stanislaum Prepositum in Kosticl, ejusdem Ordinis, tunc in humanis agentes, tanquam arbitros, seu amicabiles compositores, communiter compromisistis. Qui quidem, compromisso hoc, in se suscepto, equum inter vos tulerunt arbitrium; in tenore, qui sequitur modum. Quod prefatus Martinus Prepositus, et sui successores Monasterji in Jeriou: ratum in antea Obedientia Monachali, prefato Thome tunc Abbati, et vobis filji Conventus, ac aliis pro tempore existentibus Abbatibus, predicti Monasterji Lubinensis obediret, et obedirent, et obedire teneretur, ac tenerentur: et ad Synodos Claustrales, juxta dispositionem Regule, et ordinationem Abbatis dicti Monasterji, in posterum celebrandas, venire, et in illis personaliter comparere, debeat, ac debeant; et sine additione: quod prefatus Martinus Prepositus, pro expensis, per predictum Thomam Abbatem, in causa hujusmodi, quomodolibet factis, duodecim florenos, et pro haraszjis nuncupatis, a duobus annis, per ipsum Martinum Prepositum retentis, octo florenos Ungaricales, in singulos annos, auri boni, et justi ponderis, S. ad S. Michaelis, et alios S. ad S. Martini festa, proxime futura, dare et solvere teneatur. Et quod idem Martinus, et alji Prepositi, pro tempore existentes, in posterum duos Haraszia prefato Thome Abbati, et aljis pro tempore existentibus Abbatibus dicti Monasterji annis singulis, perpetuo ex Prepositura Jeriuensi, in recognitionem subjectionis, et obedientie dare, et solvere, ac in predictum Monasterium Lubinense, pro die Dominico, Invocavit nuncupato portare vel mittere propriis sumptibus, et expensis, tenebitur, et tenebuntur, sub certis penis, tunc expressis; arbitrium seu laudum tulerunt. Cui quidem laudo seu arbitrio, Thomas Abbas, et Martinus Prepositus prefatus, Vos filji Conventus, acquievistis, prout in quodam publico Instrumento, Sigillis predictorum Nicolai Archidiaconi, et Stanislai Prepositi, arbitrorum, seu amicabilium compositorum roborato, desuper confecto, dicitur plenius contineri. Quod quidem arbitrium, seu laudum, a Nobis, Apostolice petijstis munimine roborari. Nos itaq; vestris in hac parte supplicationibus inclinati, laudum seu arbitrium, hujusmodi, sicuti prefatum est, auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli

Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, et communitionis infringere. &c. Datã: Romæ apud S. Petrum Anno 1533. Quarto nonas Augusti, Pontificatus nostri Anno decimo.

Marianus

Dattanant Proger

Jo Lolenius

Eodem Abbate Cœnobium nostrum, maxima damna, in possessionibus accepit, per Silesios, autore Joanne Zeganensium Duce: qui naturæ amens, venditis bonis Ducatus sui, avaritiæ et egestate, pravis consultoribus
Circa A. 1474 usus, aliena involare cepit. Nam, collecta è promiscua plebe, aliquot millium collluvie, transmisso fluvio Odra, Wschowam Poloniæ civitatem, conterminam Silesiæ, oppugnare adortus est, jamq; eam, spe devoraverat, quod proditionem in ea intrudam haberet; et aliquot locis, sub sui adventum incendii cura fuit. Sed cum civium cura industriaq; incendium restinctum, ac ipsa Civitas defensa esset, expres, militem ab ea reduci, ac totum territorium ferro, et igne vastare, prædasq; inde agere præcepit, nomine vim illâ repsimendi. Et licet Posnanienses, et Calisienses Palatini, cum Mathia Ellovinio, Majoris Poloniæ Præfecto, et duodecim millibus exercitum vastum haberent; pars tamen eorum, apud Wschowam, pars circa Costenam civitatem, delitescentes, nullum operæ pretium fecerunt; quamvis fumantes incendiis pagos, et oppida, tam nobilium, quam Ecclesiasticorum Costenam et Wschowam interjacentia, quaquaversus inspectarent. Et si quod magis mirere: ipsi eidem cives, in hostes versi; damna per Silesios illata, damnis a se illatis cumularunt, sæva, pariter et profana dissipientes et atrocius properantem, quam ipsi hostes, in homines gentis suæ, desævientes. — Saccentes tunc pagos, inter quos et Monasterij nostri cum oppidis, exustos fuisse, Comenius refert.
Circa A. 1473 De eadem vastatione bonorum hujus loci, sibi a Patribus per

manus

manus tradita, Thomas Livius, qui ante centum annos vixit, testatur in hæc verba: Temporibus bellorum Silesiæ, bona Monasterii nostri, fuerunt plane vastata, ac desolata, ut vix recenti Patrum nostrorum memoria, fuerint demum redificata, et usibus suis pristinis restituta; sub quo quidem satis longo tempore, olim Fratres nostri pane, prædio, et subditis, deficientibus, asperam, ac difficilem sustentationem, ex suffragijs publicis, comparare sibi cogebantur. Hæc mihi visus, Georgij Chr, et Sultetj Swidnicensis, silentio non est, qui sua non habens, quibus Ecclesiæ Parochialem, tum quoq; cum oppido, incendio haustam, juvaret, eadem sorte involutus, seipsum, ultro, eleemosinis in ejus fabricam, ex Polonia, Silesia, Moravia, Bohemia, Russia, unquaquaversis, impendit. Et quibus paulo post, Ecclesiam, in eam, quam hæc exhibet formam, de novo, vetustate lapsam, ædificavit: Nostra vero ætate, populi frequentiam continere non valentem, Bartholomæus Sanner, Parochus ibidem, ac Decanus, alteram ej; versus meridiem adstructa parte, in amplius spatium duxit.

Exitialis fuit, sub illud tempus, Silesia, Cœnobijs nostris. Nam, ut ea hoc breviter attingam, ex altero ejus angulo, Tinecense Monasterium paulo ante, non sibem etiam clavem in bonis cepit, per Casimirum, Vratislaum, et alios Fratres, Silesiæ et Poloniæ Duces ejusq; Cœnobij subditos, gravi tributorum, quorum libertatem, Bogdalus olim Abbas, ab ipsorum Parente Venceslao, grandi pecuniæ summa in perpetuum redemerat, exactione prementes. Egit item Abbatem Tinecensem Fr. Matthias de Skawina, qui cum eos iteratis monitis, ac precibus, temerario ausu abduxere non posset, Anathemate Pontificio fessi muravit. Ejus diploma Fr. Martinus ejusdem Cœnobij Professus Superiorum mandato iratis exhibens, in tantum bilem eorum auxit, ut probris, ac maledictis acceptum, immaniter per suos appositores, pulsari jusserint, et mortis causam imposuerint. Tandem fidem Abbatem, cum suo Conventu, deprecati, ac exhiandam noxam, ex Sententia Joannis Episcopi Cracoviensis, ac cæterorum Coarbitrorum, immunitates a Parente suo, eidem Cœnobio concessas renovarunt, perpetuis ratas fieri decernentes. Sed hæc ex ordine, jam tela nostra filum prosequamur.

Idem Abbas cum Alberto et Nicolao Strzelcijs hæredibus

tum

A. 1476. tum de Bielewo, convidiam injit, de pascuis, utriusq partis pecoribus, mu-
tuo non negandis, et fuit approbata Judicio terrestri Costerski. Veteres quoq
A. 1479. sepulcros Villae Wadpinb, cum sibi vicinus, Kadzewo, Bodzewo, et post ubi
Bielewo, restaurari fecit. Et cum in Abbatia annos decem et septem exe-
A. 1485 gisset, diem suum obijt. Post hunc, Abbatiale munus Fratribus adhi-
erentibus suscepit.

F. STANISLAUS de Stemate Habdak. De isto
Abbate, Archivum Monasterij, hoc solum habet, quod Canobium nostrum,
censu annuo in bonis Krzyzewo, et Jerka obligato, gravatum, ducentorum et
viginti Ungaricorum exacta summa, levaverit. Praefuit usq ad Annum Ali
1505. Inter aliquot lapideos Abbatum monumenta, in Ecclesia nostra, habetur
et hujus, ad ornu Epistolae majoris altaris, parieti infixum, sed numerus, la-
pidi incisus, annum, non, quo is, vita functus est, sed quo illud sibi, vivens, mo-
habitatis memor, extrui fecit, designat: quod et in Chrznaszi quoq, et Chrzu-
nowji monumentis videre est. Stanislao mortuo dictus est a Tribus Abbas, h.l.

A. 1505. F. MATTHIAS de Mierzochewo. Fuit is Cancellarius
Thomae olim Abbatis, et consiliorum collega. Hic Summam 100 Marcarum
a quodam Nobili, in vim census annui, accepit, certis conditionibus, ad
A. 1506. quas tenendas, seipsum, et Successores cum Conventu in perpetuum obli-
gavit. Sed haec magis, ex mutuo ipsorum contractu, patebunt. cujus co-
piam ex quodam exemplari simplici, cum mihi authenticum ad manum
non esset: jisdem verbis descriptam, hic subjicio. N. Hic desit una
charta in Originali. nr. III. reliqua vero Historicus ita prosequitur:
Fratrem Petrum Praepositum Secoviensem, tanquam rebellem, ac stami-
na haeresij fovere vemsantem. Tandem post quadriennium, vivere
desijt. Anno 1510. Ejus locum Tribi optantibq ac lege approbante ob-
A. 1510. tinuit. F. BLASIUS de Garby. Inter hunc Abbatem
et Parochum Lubinensem, orta fuit controversia, de Sylva alneatica,
Struga Plebanska vulgo dicta. Quam quidem Parochialem esse, nec
ex Visitatis eredionis, quas Ecclesia haec vicinas habet, nec ex libro Benefici-
rum probari potest, ubi dum Parochus istius agri, prata, ac caetera pos-
siones, recensentur, nulla Sylvae praedictae mentio habetur. Nec hoc con-
juvat, quod sit parte ab una, pratis, et agris Parochialibus contigua,

cumq alia

cum ex alia parte, Abbatiali prato, dicto Magno, et post agris, eguè pro-
pe adjacebat. Abbatibus quoq; eam, à tempore immemorabili, velut propri
dominij fundum semper agnoscentibus ac motivis propugnantibus. Sylva
hujus areæ, fuit olim gleibus dam Parochis in Lubin, qui et publici, et
hujus Cœnobij notarij erant, ad vitæ eorum tempora ex gratia per Ab-
bates indultus; Unde Successores ipsorum captarent occasionem, ad eam
quoq; sibi præter jus, et fas usurpandam. Quin etiam, ut ejus sibi pos-
sessionem, fortius stabilirent, Parochialis Sylvæ, ei cognomen indiderunt.
Ex his fuit Parochus hujus Ecclesiæ, Blotiszewski, qui Sylvæ ejusdē nomi-
ne sibi negatæ, Abbati Blasio litem intendit, cujus exitum, profuerit scire,
et P. Thoma Prior h.l. temporibus illis Vicino, quem in quodam
ejus codice, inter diversa Epistolarum exemplaria, reperi annotatum illis
Verbis.

Plebanus Lubinensis Blotiszewski, multa mala Abbati Bla-
sio de Garby, pro mensa Plebanistica, ut vocatur, cum suis propinquis,
inferebat, sed ultimum jure victus egit, sed succubuit. Et pro eadem ac-
tione, coactus erat vendere in perpetuum, Villam propriam, Lubonia dicta.
Cui postea Idem Abbas, post concordiam, misertus ejus, ædificavit domū
in Plebanatu sumptu proprio. Pergit ulterius de aliis Parochis Successore ejus.
Successu temporis post ipsius mortem, successit Plebanus, Petrus Lysti-
lii vocatus; tempore Nicolai Westerinski Abbatis. Ille Abbas Plebanistam
exuere mandavit, velut proprietatem sui fundi, pro qua exuitione, idem Ly-
stilii, ad Sedem Apostolicam, eum citaverat. Stetit in termino Abbas, ad alle-
gata nihil aliud respondit, nisi quod ipsam mensam, sive Sylvam, ædebam,
ut proprij sibi hereditatem. Contra Plebanus allegavit, se habere de Eadem,
et de posterioribus ex Monasterio porrigendis, et jam porrectis, compositam per
compromissum sententiam. De qua Abbas nihil se scivisse; aut audivis-
se unquam dixit. Et obtinuit literas requisitorias, ut ubi alibi, sive in
actis Episcopalibus, vel Consistorialibus, aut in archivo haberentur Capitu-
li Posnaniensis, et retinerentur, ut in huem extraderentur, ne Abbas cum
Conventu Suo, pretextu ignorantiæ, sint excusabiles: At quia non perve-
nit eadem concordia ad notitiam Abbatis et Conventus omnis facile missa
et rejecta sunt; ita quod Abbas, Plebano Lystilii nihil pendebat, et
Sylvam Plebanicam in pace tenebat. Deinde successerat, post eum,

Idem Thomas Prior.

Matthæus

„Theologiæ Doctor.

Matheus a Goztyn, vocatus Regina: ipsius vidi hic in Monasterio citatio-
nem, ad Apostolicam Sedem in charta papyrea: sed non pro Urbanka Syl-
va, sed pro quarundam suarum rerum Spolio, quod objiciebat Abbati
Wyssinsti, et Suo Conventui: super quo Spolio intimari fecit, in valvis Clau-
stri Sedis Apostolicæ breve, per quod breve supposuit Monasterium inter-
dicto, sed quia ipse Parochus Regina, improbe, et minus sagaciter, in hac
re procedebat, quia inrequisito Loci Ordinario, Monasterium a Divinis sus-
pendit, facilius Abbas, et Conventus, obtinuerunt interdicti Apostolici, ab
Episcopo, absolutionem; nec constat, ut tibi Abbas, pro hoc, vel aliquo Spolio
etiam tantillum respondere: ut D: Chomaeki Abbas, hæc postea Fratribus
referebat. Huiusq: D. Thomes Diar.

Sed et subsequentibus annis, nova identidem discordiarum monstra,
ed hac Sylva, rebasi solita fuisse didicimus, Parochio temere se, in ejus
possessionem ingerentibus: Abbatibus, è contra, tanquam rem suam, domi-
nii jure repetentibus. Nam post mortem, prædicti Matthæi Parochi, Crisinji,
a rustico sibi illatam: vix locum et manus ejus accepit, Joannes Jahimow-
sky, cum de eadem Sylva, cum Abbate altercari cepit. Sed non multo post
Canonicatum Vendomiriensem, mox et Lomariensem adeptus, Parochia Seip-
sum ultro abdicavit. Post ejus cessum, regit hanc Parochiam, Albertus
Sadlinski, Notarius Publicus, homo vesani pectis, et avarus. Nam Uxor
marcas de Lusslowo, in vicem prebendæ ex mutua concordia, Abbatis olim
Stephani, et Nicolai Parochi, decreto Episcopi firmata, annuatim percipere:
„Andreæ ut in ipso tenetur decreto An: 1445. prebendæ tamen adipiscendæ inhians, concordiam de ea, Parocho per Abba-
tem porrigenda, Sylvis quoq: ac robosibus, non negandis, arbitramento Petka
et Gosha Canonicorum, olim laudatam: postmodum de marcis suppressa: per
An: 1561. Episcopum Lomariensem approbari fecit; mox Abbatem ad judicium ejus
„Sed ex gratia concessum. traxit: ubi cum, rerum Supradictarum, tum et Sylvæ Strugæ eorum, penes
Parochos, olim fuisse sua ac testium probatione, domisset decretum Episcopi,
in favorem suum obtinuit. Porro Abbas, de gravamine protestatus est, asserens:
arbitramentum hoc iniquum de prebenda, jam pridem fuisse, postmodum de
marcis Villæ Lusslubow, Parocho in vim prebendæ hujus spendendis: in
quarum usu, etiam tunc, ut dixi autor erat: Episcopi arbitrario decreto, an-
nuatum et juratum factum. Sylvarum quoq: Abbatialium liberam usum
Parochis eas, supra modum vastantibus, eorum curam amisisse per Ab-

bates

bates restrictam Sylvæ insuper Struga dictæ; dominium; manoisse semper penes Abbates, certum et absolutum, eo non obstante; quod illius dono fuerit, per eosdem, quibusdam Parochis, ob merita, præsatis, et ad tempus amissus. An verò idem decretum Episcopi, fuerit executioni mandatum, non satis constat; id certum habemus; præfatum Parochum non diu post, gravi, et contagioso morbo correptum, infami vitæ suæ fine, finem liti huic imposuisse. Post hunc egit Parochum Sabinensem, Stanislaus Choynacki, a Fratre suo Abbate, Sylvæ ejusdem possessione, ad vitæ tempora donatus, et in ea per successores Abbates, ob ejus, de Monasterio, bene merendi studium, tum et Choynacij Abbatis, Fratris sui merita, pacifice tentus. Seuo evenit, Successori ejus Simoni Dobrio, quem Nuntius Apostolicus, rejecto Jacobo Mansbjerwio, Academico Magistro, ab Abbate, et Conventu nominato, Parochum proprio motu creavit. Nam cum ejusdem Sylvæ, ac horti prædialis possessionem, sibi perperam usurpasset, ab Abbate Mirzewio, primum monitus, ac post à potentia non desistens, tanquam invasor, utroq; exclusus est; ne quicquam cum, Nuntij Apostolici, ad quem recursum habebat, patrocinio relevante. Quo defuncto transfertur auctoritate Wollowijj Abbatis a Parochia Dalecinensi, ad Lubinensem, Frater Stephanus Blaszkowski Professus Monasterij hujus, et hic p: agente tunc Wollowicio Vilnæ in Episcopatu: Sylvam eandem insolenter sibi arrogatam, eundi jussit. Sed ob id, à Martino Kowieski, Præpositi Stan-Gostinensi, Wollowicij substituto, ad monasterium citatus, et in carcerem detrusus; quam ei ea venditio, corraserat pecuniæ summam, ad manus ejusdem, reponere, coactus fuit. Ejusdem cessu Sylvæ Abbas ad instantiam Episcopi Posnanien. Stanislaj ob servitia, utriq; in exteris nationibus fideliter præstita Martino Kallewio Parochiæ cæsæ contulit, ac Sylvæ hujus usum liberum penes eum reliquit. Sed et nuperno Parocho, Rndo D. Tre Mauro, possessio ejus Abbate, ac Fratribus annuentibus, integra manet, jis etiam, qui sibi in possessum ex nostris, in Parochiam succedent; stabilis ut speramus, et immota futura.

Idem Abbas, novam cum Petro Radomilio conventionem init, de decem, et octo metretis farinæ siliginæ ea, sibi annuatim pendendis, ex molestina Radomilensi in fundo Abbatiali sita, et fuit approbata

A. 1510.

Seu siliginis.

per Joannem

per Joannem de Charbowo, Officialem Posnaniensem.

A: 1520. Idem Fraternitatem Sagittariorum, in oppido Swiqiechowo, ab Antecessoribus institutam, sed nullis legibus firmatam, in ordinem redegit, ad novo Privilegio stabilivit: ubi collaudata virtute eorum; quod ad pellendum, è finibus Regni Silesium hostem, igne ac rapinis intra Wschowam et Cosenam, omnia populantem, non levi quoq sagittandi arte praestiterint adjumentum; jisdem Privilegijs, quibus illa Fraternitas alibi gaudet, et ipsos potiri debere declaravit. Publicum ejus artis exercitium, quotannis ferijs Pentecostes, per Confratres, haberi voluit: victorem, qui certius metam feriret, seu gallum fuit vocant: ex toto, sagitta dejiceret, donarijs, et Cenarijs, justa receptam consuetudinem, a Rectis Fraternitatis, omnia ac munerari decrevit, ab oneribus ac tributis, tam oppido, quam Abbati debitis, toto anno liberum et exemptum. Hoc insuper adjecto, ut singuli ex sodalibus propriam ballistam, aut saltem, bini, terni, arbitrio Seniorum emam, sibi ad communem usum comparent. Ingruente vero Monasterij periculo, aut necessitate, triginta vel quadraginta ex his peditis, à Senioribus per Abbatem, ad Diversa Monasterij requisitis, destinati, ballistis instructi, sine mora ad Monasterium, aderunt recensentur ad tuendum illud operam suam prestantes.

Kusse.

Idem Abbas Privilegium Casimiri Regis, quo bona Woniesciei, per antecessores Rejpublicæ causa, obligata a pensione Regia statuit, absolvit per Regem Sigismundum I. approbari fecit. Anno 1520.

A: 1520. Eodem Anno, Nobilis Laurentius Lasikon, censum trium marcarum per Abbates nostros, sibi ex certo contractu, annuatim pendi solitum, Bisanio Abbati, ac Successoribus ejus, gratis, et nullis adjectis conditionibus donavit in perpetuum, constatione in Consistorio Posnanien tali facta.

Anno Domini 1520, die 28. Februarij.

Constitutus personaliter ad acta presentia, Nobilis Laurentius Lasikon, de Honarstie, sanus mente, et corpore, sponte et expresse confessus est, se dedisse ac donasse, prout ibidem dedit et donavit, pure simpliciter, et propter DEum, Venerabili Bisanio Abbati Lubinensi Ord: S. Benedicti, ac suis Successoribus, tres marcas, pecuniæ, monetæ et numeri Polonicalis ex certo contractu, in actis Consistorij Posnaniensis notato Anno Christi 1506. 11. Decemb. eidem Laurentio Lasikon, per Adm olim Matthiam de Miechorzewo, prefati Monasterij Abbatem, antecessorem

Suum

suum, et alios certos ejusdem Monasterij Confratres, singulis annis pro certis terminis ad tempora vitae suae duntaxat solvi obligatas, per eidem Blasium Abbatem, et ejus Successores habendas, ac stemmatibus perpetuis, post mortem dicti Laurentij percipiendas assignavit; petens donationem hanc admitti, quae quidem est admissa, praesentibus Notarijs Consistorij, et Procuratoribus, cum praemissa testibus Ao 1520 de actis Consistorij extracti. Blasius vero Abbas Anno 1522, munere, simul et vita, defungitur. Usus est Stemmate tali ✠ Eodem Anno defertur, a Fratribus Abbatiale regimen. A. 1522.

F. NICOLAO WYLEZYNSKI Praeposito Jezoviensi. Tactus Abbas, Privilegium fundationis Praepositurae Strzegomensis per Nicolaum Przedpełkowicz Palatinum Calisiensem, factae Judicio Terrestri Costensi praesentabit, et ob vetustatem literae, a Judice approbari, et in acta inseri, obtinuit. Abbas hic fuit zelosus, rigidus, et restituendae disciplinae Monasticae solicitus. Sed post aliquot annos, officio sponte decessit: Ejus vices, et bona cumpabit. A. 1528.

FLORIANUS à Krobia: Wylezinius vero ex Abbas, iterum creatur Praepositus Jezoviens. Florianus hic, fuit Theologiae Magister, à strictiori S. Dominici instituto, ad laxiorem tunicatorum Regulam, nescitur, quo jure translatus. Ejus opus traditur hoc monstrum confasse: Congregationi nostrae, capite diverso Specierum contra Regni ac Sacrorum Canonum statuta annexo. Utique si intra nostrum Claustrum, Abbatem invenire non potuit; saltem extra nostrum Ordinem, quaerere non debuit. Nam dicet jis, jam tunc senescens, non tamen ita fuit effectus, ut inter totius Provinciae Fratres, neminem haberet obeundo huic muneri parem. Sed Florianus exacto in Abbatia biennio, nulla re memorabili gesta, approbatione tantum Privilegij, Premyslai II. olim Ducis, supra Bona Monasterij, a Sigismundo Rege obtenta, ab Officio est amotus. Causam depositionis ejus, dilapidationem bonorum, et ordinis Monastici destructionem, fuisse Laurentius Abbas Successor ejus, scripto provavit.[a] Et tamen minime attento, fuit à Fratribus annua, viginti quinq. Florenorum per Successores ad extrema vitae tempora sibi numerandorum pensione provisus, cum interim, hinc exterris, partim Posnaniae, partim, A. 1530.

[a] Epist: ad quem. Canonica Resnar: à me hic inserta, pag: 22.

in Kielczewo

in Kietrzewo prope Costenam resideret. Proximus vero ab eo eligitur Abbas huius loci.

Fr. NICOLAUS Wezinski ex Praepositura Jezuwiensi, iterum ad regimen evocatus. Abbas hic, possessionis chori, Ecclesiae nostrae, humiles parietes altius erectos, tegulis etiam laterityis, de novo cooperiri curavit. Ecclesiam S. Spiritus Cracoviensem, à fundamentis coepto latere construxit, et ipsi adjacens hospitale de binis Advocatijs, ibidem exemptis fundavit dotavitq. Ecclesiae quoq. Jezuwiensi, posterior pars, ipsius quondam Praepositi opus esse fertur. Idem Ordinationem Stephani olim Abbatis, de tributis, et laboribus, ab incolis Oppidi Jezuwo, Praepposito praestandis, per Regem approbari fecit. Anno 1530. Eodem tempore libros Jezuwiensi, quorelis depositis, apud Archi-Episcopum, exemptionem à certis onoribus, ac tributis, verens Sedis Praeposito Choynacio, pendendis, Privilegio obtento impetravit. Sed quod illud, eo absente consessum, in gradu Ecclesiae Jezuwiensis dispendium vergeret, per Praepositum protestantem, contradictum est ei, ac post, cives, datis panis, ad officium sunt reducti; tametsi haec sub tilla tinesibus quasi sepulta, in majorem postea surrexit flammam ut suo loco dicetur. Sed et Choynacius Praepositus, viam sibi ad rebellionem sternens, apud Clementem VII. obtinuit, electionem suam, ratam haberi, simulq. Abbatem inhiberi, ne se, in possessione Praepositura, quovis modo impediret, aliter causes, intendit, et privationis officij poenas, incursuros. Unde Praepositus insolentior, imperio Abbatis detractato, sui juris esse coepit. Et eo tempore, nec ad Capitulum Generale comparuit, nec libertatum ei aliquod, secundum morem pristinum dependit. Porro Abbas, cum Fratribus celebrato Capitulo, decreverunt, Praepositi vitam, et regimen, tam Spiritualium, quam temporalium, quolibet biennio, per Visitatores esse inspiciendum: Protervum ad Obedientiae leges, poenis, revocandum. Praepositus quoq. postulabat, ad Calculum, de oeconomia Praepositurae, quotannis, Abbati rendendum: ac deductis, eo loci, necessarijs expensis, reliduum in aedificia ellonasterij, ad menus Abbatis, reponendum. Fabricam Praepositurae novam, sine consensu Abbatis, nullam instituendam. Conventui nostro in recognitione subjectionis, cerevetam, pecuniae Summam, annualim numerandam. Pro

A: 1530. Exemptio libi, obtenta sub Floriano Abbi protestatio vero, contra eam facta; A: Sequenti 1534.

Anno eodem, contra hoc attentatum, Abbas cum Conventu protestati sunt, coram Archi-Episcopo, Capitulariter Cracoviae. Annot: S. Kadlec

Capitulo

Capitulo Generali ad diem, ab Abbate praefigam, comparendum. Articulos hos Clemens Papa VII. petente eodem Nicolao Abbate, sequenti Bulla confirmavit.

Transumptum Bullae Clementis Papae VII. qua Praepositum Jezewiensem, pro tempore existentem obligat ad faciendam quotannis rationem de bonis Jezewo, et ad reponendi quae superfuerint Abbati et Conventui Suo Lubinensi.

CLEMENS EPISCOPUS Servus Servorum DEI. Dilectis Filiis, Nicolao Abbati, et Conventui Monasterii Lubinensis, Ordinis S. Benedicti, Diocesis Posnaniensis. Salutem, et Apostolicam benedictionem.

Cum a Nobis petitur, quod justum est, et honestum, in vigore aequitatis, ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem Officii nostri, ad debitum perducatur effectum. Exhibita pro parte vestra, nobis nuper exhibita petitio, continebat, quod, alias Vos providè attendentes, quod Parochialis Ecclesia, Praepositura nuncupata S. Andreae Apostoli, oppidi in Jezewo, Gnesnensis Diocesis, et bona ad eam pertinentia, in parte ad nihilum redigi, et absumi, ac distrahi inceperant, certis rationabilibus causis, et bonis respectibus, Ecclesiae et Praepositurae nuncupatae, et bonorum ad eam spectantium, ne illa ob negligentiam vestram, aliquod in posterum detrimentum, et jacturam paterentur, indemnitati tempestivè, ac sedulo consulere cupientes, in loco Capitulari Monasterii Vestri convenientes in unum. Quod tu fili, Nicolae Abbas, et tui Successores, ejusdem Monasterii Abbates, qui forent pro tempore, singulis Biennio, semel

ad dictam

ad dictam Ecclesiam, quando tempus foret opportunum, accedere; aut, si tu fili Nicolae, aut pro tempore existens; maioribus negotijs impeditus, vel infirmitate detentus, ad dictam Ecclesiam accedere non possis, duos Monachos de gremio vestro, filios Conventus, illuc destinare, qui, qualiter tunc existens, ipsius Ecclesiæ Rector, seu Præpositus, circa regimen, et ordinem, ac gubernationem dictæ Ecclesiæ, ac bonorum ejus, ædificiorum, horrei, segetum, frumentorum, camporum, pratorum, Nemorum, pecorum, pecudem, et aliarum rerum domesticarum, seu supellectilium ejusdem, se gerat, et qualiter illorum curam exercat conspicere, ac debito modo examinare, et revidere deberent. Quodq; Rector, seu Præpositus, tunc, et pro tempore existens, proventus, census, decimas, obventiones quascunq; quæ ex dicto oppido, et Villis seu bonis ejusdē Ecclesiæ obvenientes, et ad eam pertinentes, per ipsum Præpositum percepta fideliter registrare, et conscribere, ac de perceptis et expositis, tibi fili Nicolae Abbati, et pro tempore existenti Abbati, vel duobus Monachis Patribus, sic destinatis, debitam rationem dare, et reddere teneatur. Quodq; solitam pecuniæ pensam, quolibet anno, de proventibus Præpositurā, juxta antiquam consuetudinem, Vobis filijs ejusdem Conventus, absq; aliquibus dilationibus, exceptionibus, aut, et persolvat, et consequenter a quolibet Rectore dictæ Ecclesiæ, pro tempore existenti, ratione percepta, tu fili Nicolae, et pro tempore existens Abbas, vel duo Monachi destinati, dicto Rectori, quolibet anno, Summam, duodecem marcarum, pro diligentia et labore, per eum suscepti, solvere, et ejus familiam expedire, seu mercedem, per eos deserviturā, illis persolvere, dictisq; Rectori et Fratribus illic degentibus, ac familiæ, sufficienter, ac decenter, ne aliquam inediam patiantur, providere. Et quod ex proventibus, censibus, decimis, seu obventionibus bonorum Ecclesiæ hujusmodi remanserit: tu fili Abbas, et Conventus Monasterij hujusmodi recipere, et illud in reparationem ædificiorum, aut aliarum magnarum necessitatum, ejusdem Monasterij subventionem, convertere debetis, et tenebimini: Quodq; pro tempore existenti, Rectori, Ecclesiæ hujus, sine scitu, et voluntate, et consensu tuo, fili Nicolae Abbas

et pro

et pro tempore existentis Abbatis, et Conventus, fabricas exigere, et edificare non liceb[it]. Quod si aliquando Rector pro tempore existens, in aliquo premissorum negligens, aut tardus extiterit; aut per te, fili Nicolae Abbas, aut pro tempore existentem, aut duos dictos Fratres monachos telio repertus fuerit, tu fili Nicolae, et pro tempore existens Abbas, omnem potestatem, et facultatem habebitis, ipsum Rectorem, quando Vobis placuerit, sine ulla ipsius contradictione, ad Monasterium Vestrum revocandi, et alium magis idoneum, ad eandem Ecclesiam regendam, substituendi, et presentandi. Ac, tam predicti de Jesino, quam de Choyneta Ecclesiarum Rectores, Prepositi municipales, quotiens sede Sancte Hedigis, in fine biennij, sine ullis exceptionibus, vera, et non ficta infirmitate detenti, aut excepta, ad Monasterium Vestrum accedere, et inibi Capitulo Generali celebrando interesse, aut teneantur, convocatis, conventis, et ordinatis. Que omnia a Nobis Apostolico munimine roborari petijstis. Nos itaq. que super his, per Vos provide facta, et ordinata fuerunt, rata, et grata habentes, ea omnia Apostolica auctoritate confirmamus, et presentes scripti patrocinio communimus. Nulli ergo liceat hominum; hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ej, ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit &c: &c: Datum Rome apud Sanctum Petrum, Anno Christi 1533. Nonis Augusti: Pontificatus nostri, Anno decimo.

Sed nec hoc modo, quidquam, Abbas cum Preposito profecit. Quin etiam ad Monasterium, ab Abbate citatus, obstinata protervia, ad Constitorium Romanum provocavit, causamq. devolvit, ubi de injurijs acceptis, ac proventibus Ecclesie sue, magna ex parte ademptis, contra Abbatem per calumniam questus, ad reprimendos ejus insultus, Archi-Episcopum Cnesnensem, Cavaiensem quoq. et Placensem Episcopos, Patronos seu Conservatores dari sibi obtinuit. Quibus magis lacessitus Abbas, violento remedio, mitioribus nihil proficientibus, usus; ad Preposituram Jesinensem nocte silenti, et inopinato veniens, Prepositum comprehendi jussit, et ad monasterium

nasterium secum abductum, ac rebus spoliatum, in carcerem conjecit. Sed cum inde paulo post evasisset, Archi-Episcopi fidem implorabit, precibus flexit, ut is Abbatem, ad suum subsellium, causam dicturum, illuc jussit. Tandem Archi-Episcopus, per utrumq; juris dispendia destinantem, arbiter factus, mutuis ex partium allegatis, diligenter adhibita, has pacis inter eos instaurandæ leges edixit,

Abbas, Præpositum supplicem, in gratiam recipere ne dedignator.

Res, ac Vestes detentas, eidem restituito.

Nec ab hinc alter in alterum sævito, sed de injurijs, jure deinceps experitor.

Præpositus vicissim Abbatem, Superiorem suum agnoscens justis ejus morem gerat.

Ad Capitulum Generale vocatus, copiam sui faciat.

De Œconomia Præpositura, accepti, et expensi, calculum quotannis apud eundem deponat.

Tributorum, pristino more præstandorum, debito sit astrictus.

Arbitramentum hoc pacis utrag ratum habuit, testata se ej libenter pasturam, ac ita motus ille recessit.

Idem Abbas Beatissimæ MARIÆ, devotus, Officium horarum ejus una cum missa, in Ecclesia Parochiali Jezeriensi, per Fratres Vicarios, quotidie peragendum instituit. In præmium vero laboris impensi, decima manipuli, omnis frumenti, et grani, post araturas colonorum, villa Mihulino, et alia prædiali, in majori Lopien, decrevit munerandos, annuente eo, Præpositi; et Fratrum assensu, eamq ordinationem Apostolica Sede confirmarit, in hunc qui sequitur modum:

CLEMENS EPISCOPUS
Servus Servorum DEI Dilectis Filijs,
Nicolao Abbati, et Conventui Monasterij Lubinensis, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Posnaniensis;
Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Cum a nobis

cum a Nobis petitur, quod justum est, et honestum; tam vigor equitatis, tam ordo exigit rationis, ut per solicitudinem officii nostri, ad debitum perducatur effectum. Sane pro parte vestra, nobis nuper exhibita petitio, continebat, quod alias vos, loco Capitulari Monasterij Vestri, convenientes in unum, de vestro, ac Pauli moderni Rectoris, Capositi nuncupati, Parochialis Ecclesiæ oppidi Jezewo, Gnesnen. Diœcesis omnium consensu, pro Divini cultus augmento, et ad Omnipotentis DEI, Ejusq. Genitricis, intemeratæ Virginis Mariæ, ac B. Andreæ, Ejusdem Ecclesiæ Patroni, laudem, et honorem; nec non pro bono pacis, quatuor Monasterij, et Conventus Vestri Vicarios, ac veltrum vestrum amovibiles, in dicta Ecclesia Oppidi Jezewo; qui in ea officium ejusmodi B. M. V. videlicet matutinum Ejus lectionem cum Laudibus, ac cæteris horis, successive recitare; Missam inuipientem, Salve S. Parens, in decenti cantu, Magistro Scholæ pro tempore existente, aut ipsius Vicegerente, et Campanista nuncupato, dictis Monachis Vicarijs adjunctis, et eos adjuvantibus, singulis diebus, cujuslibet anni, festivis duntaxat, et alijs, quibus Sacerdotes in Confessionibus audiendis, aut Sacramentis Ecclesiæ ministrandis, intenti existunt; diebus quibus Magister Scholæ, vel ejus Vicegerens, cum suis Scholaribus, præmissa suppilere tenebitur, exceptis, perpetuo instituistis, et deputastis, ac eisdem quatuor Monachis, siu institutis Vicarijs, eorumq. in dicta Ecclesia Successoribus, pro eorum sustentatione, laborumq. ac onerum supportatione, decimam manipularem, in villa vestra Mikulino nuncupata; ac omnes decimas frumenti, et grani, post omnes agros, et araturas, omnium et singulorum incolarum, Cmethonum nuncupatorum, in dicta villa Mikulino ac etiam prædialem decimam, ac etiam, omnes alias decimas, frumenti et grani, post araturam prædialem in majori Lopien, villa nuncupata, aut alibi, Vobis debitas, donatis, assignatis, et applicuistis, et quod decima, in Kosielu, ac Jezioslu, minori vestro, filij Conventus remaneat; prædialem vero in Swiny, post araturas decimam, idem Campanista percipiat, et Monachi seu deputati Vicarij, et eorum Successores, decimas priores, quas ratione aliorum servitiorum, in agris, ex antiquo percipiebant, percipiant. Quodq. Monachi siu Vicarij deputati,

eorumq.

eorumq. Successores, prefati, in consuetis, collonibus, refectionibus, prandio, comprehensi, et admissi sint, et in omnibus, et singulis, licitis, et honestis Rectori, Præposito nuncupato, pro tempore existenti, dicte Ecclesie Præpositure, Oppidi Jeczno, et alijs, juxta Regularem, et Monasticam sui Ordinis institutionem, obediant, et quod ipse Rector, Præpositus nuncupatus, omnimodam Authoritatem et potestatem ipsos Monachos, eorumq. Successores, Vicarios, corrigendi, f. siuisi ab antiquo dicti Monasterij Abbates, qui fuerunt pro tempore, auctoritatem, et potestatem, eos corrigendi, habere consueverunt, habeat, voluistis, decreuistis, et ordinastis, prout in quodam publico instrumento desuper confecto, vestris sigillis roborato, dicitur plenius contineri. Que omnia a nobis, Apostolico petijstis munimine roborari. Nos itaq. vestris, hac in parte supplicationibus inclinati; que super his, per vos prouide facta extiterunt, rata et grata habentes, ea omnia Authoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, nostre confirmationis, et communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, ac Beatorum, Petri, et Pauli Apostolorum ejus, se nouerit incursurum. Datū: Rome apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominice 1533. quarto Nonas Augusti, Pontificatus nostri Anno decimo.

D. Marcianis.

P. Altamante

H. Olivius.

A: 1532 – A: 1533 – Post An: 1535. Idem Abbas, summam mille ducentarum marcarum, sibi à Bernardo Wyseninski, Fre Germano, debitā nomine inscriptam, Conventui nostro perpetuo resignavit, illiq. autor fuit, ut seipsum, cum posteris, ad eam plenarie exolvendam, cultis Cassi Posnariensis, certo interposito radio, obstrinxerit. Quod quidem ab illis, et fide prestitum est. Postquam vero Abbas hic, Cenobio nostro, decorata vice, quinquennio præfuisset; potiorem ducens, Monasticam cellam, pace securam, Abbatiā curis molesta: idcirco se ea abdicavit. In cujus locum auctoritate

a Fratribus

à Fratribus, ex Praepositura Stary-Gostinensi, ad regimen Abbatiæ
Fr. LAURENTIUS, de Introdzijewo. Abbas hic habu- A: 1536.
it inter alios, vicinum Joannem Gostyńskí heredem in oppido Gostyń
ad Czerwona-Wieś: militem, ut se jactabat, Hierosolymitanum, sed ego
verius dicam, rapacem tyrannum. Implacabili is odio, in oppidanos
Civitatenses flagrabat, ad omnem rotendi jisdem, ouasionem intentus. Na,
ut a mensatu septimanali, ibidem tunc celebri, Viatores averet, viam publi-
cam, cum hostis ipsorum; cataljsmo de industria super eam inducto, lon-
go tempore, preclusam tenebat. Et jisdem oppidanis, quosdam, ruptu
nionia allubie, aggerem, reparantes, armata manu aggressus, hostilibus,
in proximo fluentem Obram dejecit, ac submersit: et denique ex jis inde
enatantem, lethaliter vulneravit. Alios in sylva Abbatiali, eidem flu-
vio adjacente, temere sibimet usurpata, ligna cedentes, per famulos ca-
pi, et ligari jubebat, cippo, carcere manicipano, fame, sitj, maerore, et
alijs duris tractans modis. Nec fuit territus, tristi subditi sui casu,
qui cum sub idem tempus, onustum, in predicta sylva, cassis, lignis,
curru, domum, reduceret; fortuito ex eo lapsus, collum fregit, a curru
etiam cadente oppressus, unius noctis spatio superviveno, inconfessus
obijt. Quin, nec Archi-Episcopi Gneonen, Episcopi Posnanien sio, alio-
rumq illustrium virorum, interpositis, pro monasterio nostro, precibus,
aliquem apud se dedit locum. Quibus, et alijs injurijs, lacessitq Abbas,
ad jus evocatum, reum peregit, ac decreta judicij terrestris, contra eundem
obtinuit, à Rege etiam approbata. Sed et hic, apud eum, non fuerunt
tanti, ut illis morem gereret. Imo, unde quietior esse debuit, inde contra
Abbatem, ferocior exstitit, ut coactus fuerit, binos ex Fratribus, Cracoviam
mittere; de injurijs ab eo acceptis, apud Regem questum, et literas: quas
evocandi securitatis, contra ejus insultus, impetratum. De tanto quoq Vo-
luntatem, quem violenter obtinebat, respondere in judicio justus: tandem
post aliquot instantias exstitit, cum refusione damnorum, condemnatus, so- A: 1539.
anne de Strawie Judice Posnanien si pro Abbate dicente.

Bani rapacitate, in Prapositum Stary-Gostinensem, Simonem, de-
savit, frumenta ex predio ejus abducta, in suum horreum deponi
jubens. Quo nomine eundem, ad Consistorium Posnaniense dictu-
rum

causam

causam, traxit; post, non comparentem ad judicium, nec ablata restituere volentem, sentias quoq, et ut vocant Missalia, Ecclesiam suam concernentia, apud se detinentem, et ob id, annuodum contumacem, imprimis per Episcopum Chesnitii, deinde sede vacante, per Administratorem, Anathematis gladio ferisi curavit, locoq ad quae diverterit, Ecclesiastico Supplicio interdicto, cum tamen ille, quabis Censuras, per contemptum ridens, obdeuratus in sis insolescere.

Effrenatam hei licentiam, subditi quoq seudi, et oppidanis Gostyn, quadraginta circiter ad pugnam instructi, Sylvam in fundo Praepositurae sitam quadam die, cum clericis invaserant, quae cum Praepositi superveniens, arbores cadentes deprehendisset, damni patrati arguere capit. At illi furore furenti, acti sunt in eum, cum fustibus, et strictis frameis, insequi, eadem ipsi inferre conantes, nisi se prudens, oculis eorum, cito subduxisset.

Idem Abbas tentatus fuit, à quodam Praelato Cathedrali per literas, ad certam pensionem pecuniariam, in subsidium Collegii Lubranciani contribuendam. Excusavit se, respondens, non esse sibi integrum, aliquid novi oneris, super Monasterium inducere, et quid inuasset, etiam antiqua privilegia eliberare. Nolle se esse, ea in re primum, sed neq postremum, ubi id, laudo generali in ceteros quoq Diocesis Abbates, decretum fuisset, et eorum consensus accesserit, non se illud detrectaturum. Nunc vero imminere expeditiones bellicas, ceteraq gravia Reipublicae tributa, Ordini etiam Ecclesiastico in proxime celebrandis Comitijs, imponenda, ad quae potius, vires sunt servandae.

Idem Abbas, domum opportunam pro Infirmis Fratribus, in Monasterio, coctu latere construxit, quam prae labentem, Chrzanowscus Abbas, dissolvi jussit, et in structuram Sobótka dictam, Ecclesiae nostrae adjacentem, convertit. Circa idem tempus Nicolaus Wyleziński filii quondam Abbas, in Canonico nostro, quieti additus, quinto Idus Aprilis abdicationis anno, vitam finivit, quem etiam idem ejus Successor Laurentius, intra biennium secutus est. Antiquae Capitulorum Generalium exhortationes, in Bibliotheca Monasterij nostri asservatae docent, uti latum fuisse Congregationi nostrae, Abbatem redeuntem ad illa quinq potissimum Capitula bis tra comanere.

Ad jura

A° 1539
A° 1542.

Ad jura bonaq Monasterij tuendum, neq ea onerosis ullis contractibq obligandum, aut aliquomodo distrahendum.

Ad edificia Ecclesiæ, & Monasterij, sarta tecta, tenenda.

Ad provisionem juitam de victu et amictu, aliaq necessaria Fratribq, præsertim infirmis, subministranda.

Ad discretionem, circa regimen, et onera, subditorum, servandam.

Ad vitam inculpatam, et suæ vocationi conformem, agendam.

At hic Abbas, regimen nactus, hæc omnia in prostremis suis habens, totum se temulentiæ dedit, festos ac feriatos diuebat dies. Quare neq se Collegio Prælatorum Cathedralium, prædecessorum exemplo, inseri aut installari curavit, neq cum eis unquam consedit: et cum aliquando ad Monasterij negotia, cum nobilibus transigenda comparuit, quod domi habens, à filio suo amico, Bacho avelli nollet. Unde ex ea intemperantia, articulorum tremorem, cæteraq æquitudines contraxit, et quibus inde sequutus, mortem sibi accelerauit. Huic succedaneus Abbas eligitur et Præpositus Jeszeniensis.

Fr. PAULUS Choynacki. Abbas hic difficile regimen habuit, variis turbationum, ac molestiarum fluctibus, tam domi quam foris, exagitatus, jactatus, ex quibus semper DEI ope, liber ac tutus emersit. An. 1541.

Anno sequenti, celebrato, cum Præpositis et Fratribus Capitulo Generali, religiosaq ibidem Præpositura Jeszeniensi Fratrem Albertum à Miziowow, annuente congregatione, creavit Præpositum, nova ordinatione facta, de tribus Abbati, per eum præstandis, in hunc modum. An. 1542.

In primis electum Præpositum ac Successores ad octo aureos in professionem subjectionis, annuatim pendendos, adstrictum esse voluit. Ab aliis pensionibus, per antecessores impositis, tum et à proventibus, cum expensis, calculandis, ac redibus, in fabricam Cœnobij, juxta Capituli Statuta, reponendo, quod id sibi nimis rigidum videretur, liberum pronunciavit. Horum dedem vice frumentarium censum, tritici, sigilignis, et avenæ, per colonos oppidi Jeszeno Præposito pendi solitum, vel in ejus locum centum florenos Ungaricos quotannis, per ipsum numeran-

dos.

dos, Abbatis seu Monasterij usibus, perpetuo addixit, et hanc ordinationem, à Su Papa IV. Speciali diplomate, approbari fecit. Reliquos vero proventus, Præposito reliquit intactos, asserens, eos oneribus Præpositura serendis, non solum sufficere, sed et copia sua laborare. Has conditiones electus Præpositus, cum cæteris fidem amplo libens accepit, paiturum se eis pollicitus jure jurando quod sequitur.

JURAMENTUM Fratris Alberti a Mszizonow, electi Præpositi Jezeuiensis.

Ego Frater Albertus à Mszizonow, electus et nominatus s: per Reverendissimum Paulum Chrypnski Abbatem Lubinensem, et ipsius Conventum :s Præpositus Jezeuiensis. Juro, et spondeo, ac promitto fideliter, sine dolo, et fraude ac hoc Sancta DEI Evangelia, quod fidelis ero et obediens, quoad vixero, Rndmo D. Abbati Lubinensi feliciter moderno, et successoribus ejus Abbatibus, et Conventui ejusdem Lubinensi, omnia statuta illorum qualiacunq; nunc in hoc Capitulo, super me, et omnes, ac singulos Præpositos Jeziuienses, pro tempore, et in futurum existentes, condita, et in posterum condenda, quomodolibet, manu tenebo, servabo, custodiam, et attendam, in omnibus punctis, et conditionibus, neq ea, per me ipsum, vel per alium quemquam evadere, seu infringere satagam, neq contemptui esse judicabo, in nullo unquam mandata eorum exercam, sed voluntati eorum, pro debito semper parebo: et quicquid mihi injunxerint, quantumcunq grave, opere exhibebo, nec aliquibo me unquam opponam. Præpositura mea, et Fratrum penes me degentium, provisioni debite insistam, homines mihi subditos, amore prosequar, ac defensioni eorum inhærebo, nec immerito in eos aliquam sævitiam exercebo, et bona ad regendum, et fruendum mihi concessa, non minuam, sed fideliter et pro posse dilatabo, ac defendam. Sic me DEUS adjuvet, et hæc Sancta DEI Evangelia.

Idem qui supra, approbo, et attestor.

In eodem

In eodem Capitulo de decimis, et aljis proventibus Ecclesiæ Choynatien-
sis, quibnam Vicarjis, quæve, cathedræ Ecclesiæ ministris, cedere debeant, de-
finitum est: cujus rei exemplar authenticum, in archivo nostro asservatur.
Anno 1544. Choynaiius Abbas, Castellanum Premetensem, traxit A. 1544.
ad Consistorium Posnaniense, nomine tributi annui, decem et octo, metreta-
rum farinæ siliginaceæ, de mola aquaria, prope Radomicko, ab aliquot
annis, sibi retenti, ac post, decreto parere renuentem, anathemate notari
fecit. Sed ille, Catholicæ fidej desertore; censuram, risu excipiente, tan-
dem contra eundem, ad judicium Castrense evocatum, decretum obtinuit, ac
occupata ipsius bona, eousq, dum reparatis Monasterij damnis, rela-
xationem censurarum impetrasset. Eo eo tempore Choynatius, graviorem
ipsius incurrit offensam, cui eidem apostatæ inimicitias, in vitæ discrimen
denunciaret. At Abbas, securitati suæ prospecturus, vadium aliquot
millium florenorum, edicto Regis, interponi curavit, per emulum numeran-
dorum, si quid in suam perniciem attentaret. Simeonem quoq ipsius
Joannem Stupski, ob idem tributum sibi negatum, cavit, post, censuris
perculsum, ad solvendum compulit.

Premebatur tum Status Ecclesiasticus, à nobilibus, præsertim Secreti-
cis, quorum numerus, ac vires, in dies crescebant; Monachorum vero no-
men, adeo habebant exosum, ut passim mores illorum, more suo, sini-
stris traductionibus carperent; nec in privatis solum consessibus; sed et
et publicos Regni Conventus, ad eos tollendos, bonaq ipsorum Rej publicæ
præsidio addicenda stimularent. Extat in Bibliotheca nostra, Cenicio lu-
gubris, initio Capituli Generalis, temporibus Choynaij Abbatis, eâ de
re peroratio. Alij vero potentiores, bona et possessiones eorum violen-
ter invadentes, sibimet usurpabant. Sub illud tempus, fuere de Les-
no, cujus nomini pariter, notabilem ex agris oppidanorum Swięciechowien- Castellanj
sium, partem, tametsi per Choynaium Abbatem in campo, de limi- Premetensis.
tibus Monasterij et ipsius bona disterminantibus, rite exortus, per
vim occupavit. Qua injuria lacessitus, quidam ex illis subditis ipsius
Cæsis Lesnensis, idem, de industria incendit. Acerbè id tulit Castellanus.
Quare Abbatem apud Regem, criminis authorem falso insimulat, simul
ab eo Judices Commissarios, s. Lutheranæ, cujus et ipse fuit secta: si qui
ea de causa utring cognoscerent, impetrat. Ipsum vero Abbatem,

Rex

Rex, eodem instante, literis, Senio commorat, ad eorum judicium ferendum decretog acquiescendum, illa etiam interminatione adjecta, ni ita fecerit, controversiam hanc, tam sibi, adjis nobilium contra se crescentibus, quã et bonis Monasterij, in confinio Silesiæ sitis, graviter nocituram. Coactus est igitur Abbas, ex Judicium, Castellano patrocinantium, decreto, illata per eundem illum Swiçielhouien, damna, eidem sarcire, cum ipse sibi longe majora, non repensasset. A Cracinensi quoq Castellano, multas perpessus est injurias, qui tandem nece, a propria, infima sortis, famulo, adepta, optatam ei restituit pacem. Grave etiam habuit negotium, in Curia Regis, ab alio quodam nobili, sibi, ex Præposito Jeremien fassitium nomine pensionis agrariæ Poraldne dicta, speciali Regis Privilegio, sibi debitæ. Contendebat is, de bonis Abbatiæ, ac Præposituræ, ex singulis lanceis, singulos senos grossos, more Contributionum Regni, secundã registra exactorum annuatim sibi deberi. At id nullis tabulis probare potuit. Abbas in contrariam, tributum hoc, non de lanceis, ut contributiones Regni, sed de pagis duntaxat, justa Monasterij exemplar, a tempore immemorial, exigi solere, nec registra exactorum, registris Monasterij præjudicare posse, illustrior demonstravit; Quare Regis decreto, juramentum in Consistorio Posnaniensi cum aliquot subditis, ætate majoribus, præstare jussus est; se originales literas, aut alias posteriores, ex quibus ratio exigendi hujus tributi constare possit, nullas habere, nec eas celare. Dationem hanc non de lanceis, nec alio modo, aut plus quam Registrum Monasterij, à se productum continet, ab antiquo solvi. Nec plures pagos, quam qui in eodem registro recensentur, ei pendendo esse obnoxios. Præpositum Jeremiensem quod attinet, exhibito veteri Ducum Masoviæ, Privilegio, docuit bona Conventus sui, ab omni pecuniario de agris vectigali esse exempta: proindeq pensione non teneri. Et hunc similiter, ac suam negativam, unico juramento comprobandam, in Consistorio Lociciensi, Regis lata sententia, compulit. Quod ubi utrumq fecisse, Franciscus Wyssocki, Posnaniensis, et Hieronymus Gawrowski, Lobsiensis, Officiales, authentico testimonio docuissent, nec actor in termino comparuisset, pro convicto habitus ac damnatus est. Itaq Præpositus de toto, Abbas vero, ab illa gravi, in singulos lanceos exactione, Regis decreto, liber est dictus: Monasterij more huius q servato, in posterum eandem pensuros.

Tributa

Tributa hæc agraria tam in pecuniis, quam in frumentis, Duces Poloniæ olim sibi, ac successoribus, solvenda, reservasse, Polonici Chronistæ testantur. Quo ex tempore, usq; ad regimen Ludovici Poloniæ et Ungariæ Regis, quodenos latos grossos, et singulos modios siliginis, et avenæ in singulos lancos censq; hujus nomine, tam Ecclesiasticus, tam Equester Ordo, teste Comero, solvere solebat. Sed cum præditto Regi, nobilis, de altera, ex binis filiabus, in Reginam Poloniæ advehenda, sponsionem fecissent, idem indulsit, binos tantum grossos in singulos lancos, seu jugera, annuatim, ut solverent, à cæteris tributis, liberos, et exemptos prorsus fecit. Ecclesiasticorum tamen Coloni, per exactores Regios, ad eam pensionem, ex integro, veteri more, ac paulo post, ex dimidio tantum contribuendam, cogebantur, eam gratiam, hominibus Equestris Ordinis duntaxat, concessam asserentes. Tandem non multo post, Joannes Archi-Episcopus, una cum Synodo, Calissij celebrata, per literas, Regi supplex, impetravit, ut eodem Privilegio, quo nobilium, Ecclesiasticorum quoq; bona, quoad tributum hoc præstandum gauderent. Posteritatibus vero secutis, Equestris Ordo, plenam ejusdem census relaxationem, in electionibus Principum obtinuit. Quorum etiam consuetudini, sensim effectum est, ut et Ecclesiasticorum Coloni, non jam de lancis, sed de pagis duntaxat, certam pecuniæ summam penderent. Quam consuetudinem, Chrysostomus Abbas, suis temporibus, in vigore fuisse servatam, jure juvando in judicio, comprobavit, et hucusq; manet integra Monasterio Nostro.

Frumentarij vero tributi solvendi, dispar est ratio; Coloris Monasterij nostri, certum numerum modiorum, Cottendium, non cubominatorum, siliginis, tritici, et avenæ, de quolibet lanco annuatim pensitantibus. Et olim quidem, s: quod jam paulo ante ex Comero retuli, s: singuli modij siliginis duntaxat, et avenæ, in singulos lancos dabantur, sed successu temporis, et modij in lancos per exactores, numero sunt aucti; et præter siliginem, ac avenam, tritici quoq; pendendi consuetudo, est inveta. Comer: pag. 335.

Anno 1545 Sigismundus Augustus Rex, Privilegia exemptionum, a veteribus, seu equis, s: Podwodas vocant: et jis, qui eorsu publico utuntur, præstandis, ab obsidis, ac Comitatibus Regni, per nuntios, Graconiam mitti sibi mandavit. Adfuit inter alios, Fr. Albertus Præpositus Jezowiensis Abbatis nomine, diploma libertatum ejusmodi, per Uladislaum olim Ducem, bonis Monasterij nostri concessarum, exhibens. Quibus Rex A: 1545.

legi

legi iussit, ratum habuit. Quin etiam, ut Wladislao liberalior esset, à tributis pecuniarijs, si qua ejusmodi vecturarum vice, in futurum instituì contigerit, perpetuò, liberè esse debere, Privilegio decrevit.

A: 1549. Anno Christi 1546. Choynacius Abbas manibus, quibus Cœnobium nostrum, de relictis sibi, magna ex parte, ab Archiepiscopo Wladislaviensi, cultis latebris cinxit, extremam imposuit manum.

Sub idem tempus, bona Monasteriorum, extortionibus ac rapinis, ob crebras, in expeditionibus bellicis, militum incursus, exposita erant. Ad quod malum arcendum Sigismundus Augustus Rex, quæ de plebeâ, ad Abbatias, seu Præposituras Abbatijs æque pollentes, f: quales sunt in Ordine S. Augustini, Miechoviensi, Mstchuensi et in defectu nobilium, cooptandis, ante decennium lege sanxerat; anno sequenti 1550, in Comitijs Regni retexuit, statuto contrario, decernens, neminem imposterum, promoveri posse, in Abbatem, seu Præpositum ejusmodi, ut dictum est; nisi Polonici, et nobilis, et utroq Parente, generis, et huic muneri parem. Casu verò, quo talis in monasterio defuisset, aliquem de Statu Equestri, nobilem itidem, et ad id officij aptum, qui habitum Monachorum deferens, Regulam cum votis essentialibus, profiteri teneatur, in Abbatem postulandum decrevit. Equestris Ordinis homines, ad suorum promotionem attenti, a Rege id extorserunt: asserentes, promptiorem, bonorum defensionem, ex personis nobilium, Cœnobijs futuram, quam ex plebeis, omni, ad id præsidio, destitutis. Ad eorum

A: 1550. quæ instantiam, Rex etiam legem, ibidem tulit, ut quod tunc, f: serpente per Regnum Lutheri sectæ f: pauorem ad Monachatum fieret conuersus, tenerentur in posterum Abbates, nobilium pueros, in Monasterijs alere, per idoneum Præceptorem, artibus imbuendos: Episcopi, cujus Diœcesis, arbitrio, numerum alendorum, determinandum relinquendo. Huic decreto morem gerens, Choynacius, Andream Avio pontanum, artium magistrum, ex Academia Cracouiensi, justo stipendio evocatum, de industria in Monasterio fovebat, cujus opera Nobilium pueri, et ex Fratribus Juniores, in capessendis literis usi sunt. Id ex Præfatione, tractatui S. Chrysostomi de Pœnitentia, per eum typis vulgato, et Choynacio Abbati, cum Fratribus dedicato, præmissa; clarum evadit, cujus fragmentum in Bibliotheca Monasterij reperi tale.

Post titulum sequitur. — Ubi primum ego, pedem in Monaste-

rium

rium Vestrum intuli. Summam animorum promptitudinem, tum Dri Abbatis, tum et Fratrum, erga me agnovi. Quae varia argumenta, et rationes quaesivi, quibus me, et officia mea vobis commendarem. Nunc igitur singulari favore, in studiosos literarum, et humanitate cognita, visum est, tractatum S. Joannis Chrysostomi, de Poenitentia, sub vestrum eidem dare, et Vestrae humanitati dedicare, non quod inde, laudem aliquam affectem, sed ut animum veri Praeceptoris, in Vos declarem. Decuit enim, hunc tractatum, tempore Quadragesimae, Vobis publice praelegere, et explicare, et quod etiam persuasum habeam, non omnes, tantam habere peruniam, ad comparanda opera Chrysostomi; nam et caeteris Scholasticis, tractatum eundem, necessarium existimo: &c: &c:

Andreas Ciescius Aviopontanus.

Sed haec lex de aedibus Nobilium pueris, paulo post, est antiquata annua pensione, pro Seminario Clericorum, per Episcopos, Abbatibus in ejus vice imposita.

Anno Christi 1550. Sigismundus Augustus R.C. Abbati Choynacio, actionem dedit de tributo annuo [: Stationem Regiam vocant:] ex bonis Woniesicz, a longo tempore sibi negato. Sed postquam ex Privilegio Casimiri olim Regis, per Abbatis Nuntium producto, didicisset, hoc ipsum tributum Abbati Nostro, in certa pecuniae summa, quam Reipublicae causa erogaverat, esse inscriptum: Choynacium cum Successoribus, liberos pronunciavit, quae jisdem, ex aerario Regni, plene satisfiat; subditis tamen Monasterii, interim, Abbati de ea respondentibus. Jam tunc in Regno nostro, altas fixerat radices Lutheri secta, quo tempore, rari admodum, Religioni sacra, nomina dabant, ut non solum Abbatiales, sed et Mendicantium Conventus, Religiosorum frequentia, quondam celebres, ex paucis Fratribus constarent. Nostrum certe Monasterium, non plures, quam septem Cenobitas, sub illud tempus, in ordine se a Patribus acceptimus; eos vero tales, qui nec habitum, nec tonsuram vocationi suae conformem gestabant, sed ut arium Sacerdotem more amicti, et rasi, solemni quidem votorum nuncupatione astricti; sed in jis

professionis

profitendis clausula illa exceptiva usi: = Quantum fragilitas mea permittit. Sed hanc clausulam Abbas Choynacius substulit.

A: 1554. Anno Christi 1554. celebrata est Synodus Provincialis, in qua Choynacius, per Albertum Præpositum Sezeuriensem, absentiam suam excusavit; quod sibi, non esset tutum, extra Cœnobium longè prodire, ob quorundam Nobilium æmulorum, quas sibi struebant, insidias; tum, et incendia in bonis Monasterij sub suam absentiam, per eosdem attentata. Unde contra vim, et insultus eorum, paulo post, per literas supplex obtinuit à Rege, se, in specialem tutelam suscipi, persona sua, ac rebus Monasterij, sub ejus patrocinio, salvis manentibus.

Circa idem tempus, Albertus Præpositus Sezeuriensis, gravem sibi sentiens, pensionem frumentariam, cui collum in electione subdiderat; diu meditata rebellionis, consilium, tale, tandem aggressus est. Commissionem in Concistorio Romano procurari sibi fecit, ad abrogandas, quaslibet Choynacij decreta, ac tributa, contra se, præter Summi Pontificis assensum, inducta. Sed, cum inde magis insolescere; hanc ejus artem, arte simili Choynacius eluserus; idem statutum Capitulare, de pensione frumentaria, et alijs, de octo aureis, annuatim sibi pendendis, à Summo Pontifice Pio IV. confirmari fecit, in hunc qui sequitur modum.

Approbatio Ordinationis ab Abbate Choynacio, cum suo Conventu facta, super censu frumentario, et octo aureis, per Præpositum Sezeuriensem, quotannis Abbati pendendis.

Pius Episcopus, Servus Servorum DEI. Dilectis filijs, Paulo Abbati, et Conventui Monasterij Lubinensis, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Losmanensis; Salutem, et Apostolicam benedictionem.

Cum a Nobis petitur, quod justum est, et honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem Officij nostri ad debitum perducatur effectum. Sane pro parte vestra, fuit propositum,

coram

coram Nobis, quod alias, Vos, facto omnium Præpositorum, et Fratrum ejusdem Cœnobij Vestri Generali Capitulo, in eodem Conventu Vestro Lubinensi; ibi mutuo ad invicem consulentes, de meliori quadam ordinatione, et gubernatione bonorum vestrorum communium, videlicet Oppidi Jezeuo, et villarum; Mikulino, Jesienin, Gora, et Brzyłąk, ac molendinorum, et Prædiorum Vestrorum, in illis consistentium, quæ alias per Vestros Præpositos Jezeuienses dicta, nomine Vestrio semper administrabantur, et gubernabantur, administrâturq, et gubernatur hactenus usq; talem Ordinationem, de jisdem bonis Vestris præditis, constitutionemq, et ordinationem, Capitulariter feciſtis: Inprimis majorem esse in præsens augmentationem, ac dilatationem eorumdem bonorum vestrorum prædictorum, in usibus et commodis suis, quam ante fuit, animadvertentes, et quod Præpositi, eorumdem bonorum vestrorum, ibidem in Jezeuo, per Vos locati, pro tempore existentes, una, cum aliquot Fratribus, eidem Præposito, ibidem in Jezeuo, adjungi solitis, cum familia, hospitibus, clero, et advenis, inde sustentari possunt, longe plus, quam anteactis temporibus, bonis ejusdem quodammodo devolutis existentibus, sustentabantur; adeo, ut victum, et amictum Fratrum Vestrorum, eorundem, ac familiæ, et ultra alia onera illius loci, multa DEI gratia superabundent. In Vestro vero Principali Monasterio Lubinensi, cum multa ad ædificationem murorum, et ruinarum ejusdem Monasterij Vestri, publici, et Principalis, desiderentur; adeo, ut etiam vix aliquando, defectus ejus reparari, vel restitui, in statum pristinum possint. Ea propter innitentes antiquis juribus, et dotationibus vestris, et præsertim literis bullæ Apostolicæ, per felicis recordationis Clementem Papam **VII**. Prædecessorem nostrum, Vobis in hac parte, de jisdem bonis vestris in Jezeuo, gratiose concessis, justa ejusdem bullæ continentiam, in quantum, secundum DEUM, et equitatem poterat; taliter de jisdem bonis vestris, in Jezeuo, et alibi, prout ex nunc, ipsi ordinastis, et Capitulariter constituistis. Primum et ante omnia, solutis, octo Florenis, in auro, pro festo S. Michaelis Archangeli singulis annis, ad Eundem Conventum Vestrum Lubinensem, de jisdem bonis Vestris communibus, in Jezeuo, per Præpositi Vestrum Jezeuiensem,

§ in terra Radomsk situatum, ad Oppidum Vestrum Jezeuo pertinentium, §

antiquitus

antiquitus solvi, et infert solitis, quos saltos vobis reservastis, loco rationis quidem Præpositus Vester Jezuvichsis, de omnibus, et singulis censibus, et proventibus eorundem bonorum Jezuvo, ac Præpositura Vestra pertinentibus, Vobis facere, et quicquid proventuum superfuerit ultra victum et amictum ac indigentiam ipsius Præpositi, et Fratrum Vestrorum, ac familiæ, aliisq justis oneribus, in eadem ratione pensatis, deductis, id totum juxta bullam prædictam Papalem singulis annis Vobis reponere fideliter teneatur. Compensatione itaq hujusmodi debitorum et obligatorum bullæ Apostolicæ vitè et legitimè inter Vos facta, et ne Præpositus loci Jezuvensis, quotannis rigidis rationibus, in futurum gravetur, totum et integrum censum frumentalem, tripliis annone, hoc est: tritici, siliginis, et avenæ, et agricultoris præfati oppidi * Jezuvo, et cultores agrorum, eorundem justa quantitatem, et dimensionem agrorum solvi solitum, pro Vestro usu, et pro reparatione et reædificatione publica ejusdem Monasterii Vestri Fratrum Cellis Lubinensis, juxta dictam bullam Apostolicam, summariè absq rationibus vobis faciendis in perpetuum reservastis. Quem quidem censum frumentalem hujusmodi Monasterij, Abbates Lubinenses pro tempore existentes, annis singulis et perpetuò exigent, in auxilium hujusmodi reædificationis ipsius Monasterij Vestri, et in subsidium aliorum onerum injunctorum Vobis, hujusmodi in communi incumbentium, vel ille exiget, et percipiet, cui idem Abbas Lubinensis pro tempore existens, exigere committerit, vel præceperit. Reliquos vero omnes, et singulos census, obventiones, decimas, et proventus, tam Ecclesiasticos, quam terrestres, de omnibus villis, prædijs, molendinis, et universis bonis prædictis Vestris, qui longe sunt majores, quomodolibet provenientes, Præpositus Vester Jezuvensis, pro tempore existens, exiget, et percipiet. De quibus, omnia et singula onera, et necessaria, tam Ecclesiæ, quam curiæ Vestræ Jezuvicen, ac ædificiorum Fratrumq Vestrorum, familiæ hospitum, cleri, pauperum, ac reliqua alia onera, ac debita incumbentia, diligentissimè providebit, defensionemq bonorum, et subditorum in omnibus, et per omnia ac nomine vestro faciet, et justitiam promovebit, pro viribus suis, absq aliqua et simultate. Quæ omnia et singula, per Vos, ut præfertur unanimiter, et Capitulariter decreta, ordinata, et constituta, omnes in unum, in perpetuum tenere et servare, inviolabiliter polliciti fuistis,

* tantum in Jezuvo antiquitus pertinentem, et per insolas oppidi *

et robur

et robur perpetuæ firmitatis in Ordine Vestro obtinere dinoscitur, prout in quodam publico instrumento seu aliis literis vestris sigillis, Abbatiali, et Conventuali roboratis, dicitur plenius contineri. Nos itaq; vestris in hac parte supplicationibus inclinati, constitutiones, et ordinationes prædictas, ac omnia et singula in instrumento, seu literis prædictis contenta, et inde secuta, quæcunq; licita tamen, et honesta, prout per Vos provide facta sunt, rata et grata habentes, Auctoritate Apostolica confirmamus, et approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei, ausu temerario, &c: &c: Si quis autem hoc &c: &c: Datū: Romæ apud S. Petrum, Anno 1561. 8. Calendas Decembris. Pontificatus nostri, anno secundo.

Eodem anno sopita sunt dissidia, quæ inter Choynavium Abbatem A. 1561.
et Albertum Sadlińskii, Parochum Lubinekum, ouasione decimæ prædialis, in Girka, orta erant; Abbate ei pristino more, pecuniariam aggerente, Parocho, è contra, manipulatem exigente; Sed ut lector, ex scripto sequenti, quod de quodam exemplari vetusto, totidem verbis, hic transtuli, plenius cognoscet.

Hæc decima prædii Girka, circiter annos quadraginta, pecuniis solvebatur, videlicet tribus fertonibus. Deinde olim Abbas Laurentius de Antoszowo, eidem Parocho Alberto, ex limitatione termini, à Judice, Gregorio à Szamotuły, Doctore, in spem concordiæ decimabat, ex concordia mox secuta, pecuniariam decimam videlicet marcam; quam et Choynacki Abbas eidem, per aliquot annos contribuebat; qui Parochus, iterum hanc concordiam rejecit. Unde Choynacki Abbas, addidit ei fertonem, et sit ipsa decima manipularis consistebat, in summa unius sexagenæ, monetæ et numeri Polonicalis. Tandem anno 1561. idem Plebanus, monuit eum inhibitione Abbatem, ne concoqueret decimam Manipularem in suum horreum, de prædio Girka, integro. Abbas vero volens esse certior, de ipsa decima, utrum eam de integro prædio deberet decimare, vocavit ad se homines antiquos, natives de Girka, qui coram Abbate, et coram me Thoma Piore, et F. Alberto Professis hujus loci, testimonium dederunt, non parendo suo Abbati, sicut ei ejus præcepebat, ut veritatem dicerent, etiam contra suum Dominum, et confessi sunt, se memores esse, hujus decimæ, quod, nedum ex Warla, sed ex de integro allodio sive prædio, Plebani ab antiquo percipiebant; manipula-

vem

rem decimam; sed successu temporis ignorabant, qualiter venerat, ad decimationem pecuniariam. Abbas hoc audiens, a fide dignis suis subditis, consensit ad totius praedii solutionem pecuniariam, quam Gregorius Ciuinensis, et Martinus Orzelek Strzelecz, Parochi, pro eodem Plebano Lubinensi per modum conredie tantum, ad praefatum annum super 10. marcas aestimaverunt, ac eidem Plebano Lubinensi ab Abbate soluta est. Post, idem Plebanus, Abbati ex actis Consistorij Posnaniensis resultum monstravit, de inductione testium super perceptione ejusdem Manipularis decimae, et cum verificata esset in actis, cum testibus, subditis Monasterij, non ausus est Abbas contradicere et contrarietare de perceptione manipularis, in futurum eidem Plebano, et successoribus ejus. Haec ea verba erant.

A: 1561. Idem Abbas, Posnaniae, domum novam s: veteri demolita: ad usus et commoditatem Fratrum, tecto tegere, à fundamentis extruxit, censu annuo, duorum grossorum, Conventui Ouinensi, nexio de juris sibi, in ejus fundum deponenti; obnoxiam. Nostra vero aetate, Sophia Laskowska, Abbatissa: Wolouicium Abbatem, nomine census ejusdem retenti, ad judicium Consistorij traxit, et acta summa sexdecim grossos, annuatim sibi pendendos, decreto Caspari Stap, Administratoris Episcopatus, absente rea parte, obtinuit. At Prior Conventus nostri, exhibito ibidem, paulo post, veteris tributi hujus, Originali, sigillo Cestatis munito, grossorum duntaxat duodecim: in continenti professatus est, de reliquis quatuor grossis, Conventui Ouinensi perpetuo adjudicatis.

A: 1561. Anno eodem Chrysanius Abbas, collapsam Monasterij sui disciplinam, pro viribus eigere satagens, Capitulum Generale, cum Praepositis, et Fratribus Conventus sui celebravit; in quo nonnulla decreta, eidem reparande, profutura sanivit. Ibidem fundum seu agros Vilhe Marpino oppignerare volenti, unanimi dissensu, obstitere Fratres, Episcopum appellantes: qua constantia, Abbatem a proposito revocarunt: quod tamen non multo post, Reipublicae urgente necessitate, perficere coactus est. In eodem Capitulo, Albertus à Mosczenow, Praepositus Jeziorensis, citatus, et ultra septimanam ad ipsam conclusionem expectatus, nec comparens, censum quo frumentarium pendere renuens, ab Abbate, tanquam rebellis, et contumax anathematis sententia feritur, praesente Notario Publico; ac Fratribus in Jeziero ejusdem exequendae negotium demandatur. Quod ubi is, didicit, pro-

Joannes Szczuka A: 1611.

tinus

tinus ad Archi-Episcopum Ravennatem, querulus accurrit, et ad exulcerandam molestam suam tributi, Jacinam, ac Abbati negotium facessendum, citasse se quasi iniquum, per Instigatorem, ad ipsius judicium fecit, nomine Prepositure Simoniace, ex pacto Vicariatus, cum Abbate, adepte: huic vero protervie operiende, tale pallium, excusatoriarum literarum, contexuit, quas ad Abbatem, et Conventum scripsit, in hunc modum.

Reverendissime Domine, et Benefactor, &c: &c:

Nolui ignorare R. P. Vestram, cum Fratribus Conventus nostri, quomodo me, et D. Andream Andream de Bratofavere, Reverendissimus Archi-Episcopus ex officio suo, pro feria 4ta ante Festum Sanctissime Trinitatis citavit, occasione illius pensionis frumentalie, vel centum staterorum in auro, quam ego solvere quolibet anno R. P. V. solitus sum. Nec mio quio tam bonus vir, et amicus meus, qui me, apud Reverendissimum sine scitu meo procuravit, ac defulit; et dum coram D. Andrea, ad testimonium veri, statim ex officio obstrictus sum, juramento corporali, et D. Andreas; ac veritatem, de qua interrogabar panderem; de quo mihi, longum esset scribere, sed ex illis processibus, quos mitto, quid actum mecum erat, percipient, et quomodo me defendere debebam, nesciri: quia nunquam de hoc, nedum quid mali dicere, sed et cogitare, nullum unquam animum habui, hoc solum vultuo dum dicere, quod sub conscientia mea negare omnino non potui. Et ita nescio, quid Reverendissimus Archi-Episcopus, concepit erga me, et R. P. Vestram, quod Sue Paternitatis instigator, nos molestare vult. Intellexi etiam ex D. Cancellario ipsius eo tempore, dum fui Laureji, in primo termino, quod vult Reverendissimus Archi-Episcopus citare, R. P. Vestram, et pensionem istam, quam dabam R. P. Vestre, ad suum thesaurum aut pere, ex certis causis. et ita ego in tempore, R. Paternitatem Vestram, in his omnibus preamodio, et cautum facio; quia Reverendissimus Archi-Episcopus, contra spirituales est maxime severus. Cetera R. P. Vra, ex literis, quas Fratres mei Vicarij mittunt, in hac re percipient, qualiter erant interrogati et examinati, per Notarium Publicum. Quid exinde fiet, DEO est committendum. Interim R. P. Vra, bene valere in Domino cupio. Datt: in Jesano A. 1561.
Feria 2. post Festum Sanctissime Trinitatis. Fr. Albertus Prepositus Jesinen.:

Ut figitur

ut igitur Judicij dico aspectū; Cancellarium Archi-Episcopi, Præpositum in testimo compatentem, et confesso crimine, et aliis argumentis in judicio productis, simoniæ labis condemnat. Ad pœnitentiam vero culpæ, in libris Archi-Episcopali detentum, privationem beneficij, ac alias pœnas, in ejusmodi a jure sanitas, incurrisse declarat. Porro Præpositus, ubi inde liber evasit, Nuntium Apostolium adijt, qui sibi supplicem, tributi, juramenti, ac censurarum nexibus absolvit, beneficij capacem, s. simoniæ labe abeo detersa, reddidit; ac lite durante, de possessate Abbatis exemit. Negotio ex voto peracto, Præpositus ad Archi-Episcopum reversus, relaxationem pœnarum scripto obtentam exhibet, et ut eam ratam esse velit, precatur. Sed eum dimisit contra Abbatem, novis fraudibus incendit, simoniæ suæ socium, s. quin et ut falso ajebat, authorem, ad privationis quoq; pœnam, comitem deposcens. Quare Archi-Episcopus paulo post, in Cyrbeo Provinciali, Varsaviæ celebrato, præsente Apostolico Legato, in Abbatem graviter invectus, quem beneficiis Ordinis sui, illicitis electionibus, decoravit, potestatem sibi contra eum agendi judicio, dari petijt, ac decreto Synodali obtinuit. Apographum ejus, et Statutis Synodi ejusdem petitum, hic subjicio.

Decretum Sacræ Synodi Varsaviensis, Anno Christi 1561. celebratæ.

De Statu Regularium.

Quoniam Monasteria apud Patres nostros, erant officina cultus Divini, et pauperum receptacula, sanctimonia ac virtutum schola, nunc vero in luxus ambitiosos, et profanorum studiorum, domicilium, conversa sunt plerag. Unde multi scandalizantur, Monasteriorum bona dissipare, et in alium usum, quam sunt fundata, convertere conantur. Proinde hæc Sancta Synodus innovando Statuta antiqua, statuit, ut ad Abbatias, nonnisi per Canonicam electionem, et legitimam, Abbates assumantur, pacta illicita, labem Simoniæ redolentia, cum secularibus et extraneis personis, circa electiones sub pœna depositionis non faciant, auxilia et intercessiones hominum secularium, sub pœna inhabilitatis ad deposituros, circa electiones non adhibeant, vitam et conversationem Regularem, in omnibus servent, habi-

tum

tum, et tonsuram deferant Monasticam, ab usu vestium sericarum, omnino abstinerent, illudq; quod sis ultra impensas, ad victum, et alia onera Monasteriorum, superest; in pia opera, in Ecclesias, pauperes, studiosos dispensent. familiam minus necessariam non habeant; Scholas pauperum, cum Præceptoribus in Monasterijs, juxta statutum Regni habere non negligant, et qui doctores sunt, aliquibus studiosis sui Ordinis, aut secularibus Scholaribus, in Universitate Cracoviensi impendant; Præpositos, aut Conventus suos, ad nullas sibi, aut Monasterijs suis, tempore earum Præsentationis, et post ipsorum institutionem, pensiones præstandas deputent, aut eas resciendi, quovis quæsito colore, in diminutionem proventuum, contra juris dispositionem procurent, propterea ad omnem dandam Simoniæ pœnæ, Synodali decreto statuitur, ne Plebani aut Præpositi, ad præstationem talium pensionum, si nostram prædictæ labis evitare volunt, sub pœna privationis Officij, omnino sint obligati. Abbates autem prædicti, vel Præpositi, pensiones deinceps non exigant, imo vero, si quas exegerint, aut aliquid per eos à tenentibus hujusmodi ademptum fuerit, totaliter restituant.

Et quia Reverendissimus Archi-Episcopus Gnesnensis, ex Visitatione Archidiaconi sui Lucicensis, nonnihil pensionis fuisse reservatum comperit, à Præpositura Sevenensi, per modernum Abbatem Lubinensem, decrevit eadem Synodus, ut omnino Paternitas sua, auctoritate sua, et præsentis Synodi decreto, contra præfatum Abbatem, ad restitutionem alienatorum, juridice provideat, et proventus ejusdem Ecclesiæ, et Præposituræ, redintegret, &c. &c. Datt. Varsaviæ in Synodo Provinciali Anno 1561.

In prima editione hoc addit.

Joannes Cebulski Notarius Synodi.

Vix rediit è Synodo Archi-Episcopus; cum se ad idem decretum exequendum, animavit; mox Abbatem per Instigatorem Officij, ad se citari jussit, ob admissam Simoniæ noxam, Abbatiæ privandum. Eo tempore, quidam inconvenientia, per eum in contemptum Abbatis, sunt attentata. Dicebant ex inventa vulgi fama, Abbatem totum in eo esse, ut Præpositum per insidias captum, ad Abbatiam suam abduceret carceri mancipandum. Quare Capitaneo Equitum Sebastiano Durin, per literas negotium dedit, ut si quando Abbatem, aut aliquem ex ejus famulis, seu Fratribus Conventus Lubinensis, in bona Fratrum, venire contigerit, per subditos, sono campanæ,

tumultuarie

tumultuarie convocatos, prehendi, et ad se remitti curaret. Eidem malo prævenendo, Præpositum arcestitum, aliquot Septimanarum spatio, in sua Curia detinuit; interim Salvis Jezuitis, curi ex Viennæ cura demandata. Eodem tempore, submissis in bona Jezuitica armatis equitibus subditis eorum obedientiam Abbati præstandam, inhibuit: Fratres quos Vicecios, literis monitoriis vetuit, ne quis eorum, ab Abbate, ad monasterium revocatus, loco demigrare, præter suum arbitrium, sub pœnis juris, auderet. Porro Abbas, adveniente citationis termino, per suum Caudicum, judicium ejus illegitimum detrectans, forum excepit. Adfuit ibi, tunc, præbens, Episcopi Lubinensis Nuntius, Joannes Loubodowski Canonicus, ejus nomine Archi-Episcopo suppliex: supersederet, a vana impetitione Abbatis, et ad se, tanquam proprium Diœcesanum, si quæ in re deliquit, puniendum remitteret. Sed nihil obtinuit. Quin et Privilegium donationis bonorum Jezuitico Monasterio Lubinensi, ac bullam confirmationis eorundem, Clementis Papæ olim VII. et alios literas authenticas, à se in defensionem Abbatis ibidem productas, repulsavit, ac rejecit. Abbati vero per suam interlocutoriam sententiam, ratione pensionis simoniacæ, à Præposito per triginti circiter annos, percipi solitæ, duum millium ungaricorum, intra tres menses numerandorum multam dixit. At Abbas de gravamine protestatus, appellatione interposita ad Consistorium Romanum causam devolvit. Instigatorem quoq; Episcopi, ob literas Mandatarium suum, de injuriis sub Archi-Episcopo sibi illatis, querentem, causamq; hanc, prosequendam abjegavit. Avocationis hujus in summam redactis capitibus, præcipua hæc erant.

Imprimis quæritur est, de Archi-Episcopo, quod is, usurpata sibi jurisdictione, Episcopi Lubinensis, intra cujus Diœcesim situm est Cœnobium Lubinense, Abbatem senio, et invaletudine confectum, per longa itinerum spatia, ad suum judicium traxerit, de labe simoniaca, sibi ob certum tributum, a Præposito Jezuitico, annuatim exigi solitum, falsò objecta responsura.

Item quod Bullas Apostolicas, in contemptum Sæ Sedis, temerè rejecerit pro parte Abbatis, in judicio productas; et per varios actus judiciales, sub tutela, ejusdem Sæ Sedis appellationem, se stare protestantem, injustè vexaverit.

Quinti postea pensionem hanc, non ratione decimæ Præpositum spectantis, sed jure census annui, ex agriculturis oppidanorum Jezuitico, subjectionis nomine, sibi debiti, percipere; nec privata authoritate, sed ex decreto,

Capituli

Capituli Generalis, ejusq. approbatione, Pij Papæ IV. quorum instrumenta authentica, ibidem produxit.

Item, bona Præpositura Serviensis, beneficio Ducum Masoviæ et Privilegio Clementis olim Papæ VII. esse portionem Abbatiæ Lubinensis, subditos ibidem à Præposito gravatos, ad Abbatis sui legitimi Domini subsellium provocare, edicta auiperc, jura et Privilegia quælibet mendicare. Quod vero ab Abbatia, longo intervallo sint disjuncta, uni ex Fratribus Conventus sui, titulo Præpositi insignito, cum onere tributi, nomine suo, committere negavit.

Retulit deinde Præpositum modernum, bonis Præpositura hujus citatum, patrocinia Laicorum, ab aveo ipsius Archi-Episcopi, cum quo vicinam habet, sibi parasse; ac apud eundem Simonium falso insinuasse Abbatis, integram famam, graviter læsisse. Ad certamen quoq. hoc, cum Abbate ineundum, jures et impensas etiam ei ministrasse. Jugum, subjectionis Monastica, auspiciis ejusdem fretum, excussisse, indeq. nec ad Capitula Generalia, citatum, comparere; nec pœnas, correctionis loco, sibi inflictas, subire, nec pensionem, abs se, jam antea, annis viginti circiter pensitatam, juramento fracta fide, solvere velle, destinata proterva, non egisse.

Tribuit ibidem, rescripta, Summorum Pontificum, quibus aliquot cautela, ad frænandam Præpositorum licentiam, per Nicolaum olim Abbatem sanita, firmarunt, declarantes, Præpositos, Abbati, super cætera, in pendendis tributis, et expensis calculandis, parere debere, pœnis etiam, si renuerint adigendos. Denum adjecit, id retroactis annis fuisse factitatum, quosdam, videlicet ex Præpositis, Abbatum jussu, carceri addictos, similiq. proterviæ debisse pœnas; plures etiam Præpositura in perpetuum exutos, reliquum quod superfuit ætatis, privatim in Monasterio exegisse. Ad hunc vero Præpositum, in officio continendum, jure suo Abbatem, uti non posse, Archi-Episcopi præsidio munitum.

Hæc semel de serie causæ, probatis, instrumenti appellationis interpositæ, producto, Commissarios Judices, ad eam exacte inspiciendam, ac fine debito terminandam designari sibi posuit. Porro id munenis Andreæ Czarnkowski, Episcopo, Jacobo Dziadulski Suffraganeo, ac Francisco Wysocki, Officiali, Posnaniensibus; authoritate Pij IV. Pontificis Maximi, committitur est, et, ut in ea decidenda, statutis Benedictinorum

in Bulla

in bulla Benedicti Papæ XII. contentis, inhærerent, specialiter demandatum: id, quod, ex sequenti transumpto Commissionis hujus clarè patebit.

Copia Commissionis Sedis Apostolicæ, pro Dño Abbate Lubinensi, Paulo Choynacki, per viam appellationis obtentæ.

JUS Episcopus, Servus servorum DEI. Venerabilibus Fratribus Posnaniensi, et Gnesnensi, Episcopis, in Civitate Posnaniensi residentibus, ac Dilecto filio in Spiritualibus Officiali generali; Salutem, et Apostolicam benedictionem.

Sua Nobis, dilectus filius, Paulus Choynacki, Abbas Monasterij Lubinensis, Ordinis Sancti Benedicti, Posnaniensis Diœcesis, petitione monstravit; quod postquam Oppidum Jezow, Gnesnensis Diœcesis, quondam pro villa nuncupatum, una cum villis aliquot adjacentibus, eidem Oppido Jezow, per Duces Masoviæ, Abbatibus, et Conventui dicti Monasterij pro tempore existentibus, ab antiquo, sicut in literis donationis, olim Ducis Masoviæ Boleslai patam testantis donatum fuerat, et ad in eo existente Ecclesiam Conventualem, et Parochialem, S. Andreæ ad regimen, et administrationem Religiosorum, Fratrum, Monachorum ejusdem Monasterij ab antiquo spectantem, per cessum vel decessum, aut alias per revocationem Rectoris sui, Præpositi Jezowiensis nuncupati, ad suum Monasterium, vel alias quomodolibet vacantem; Abbas Monasterij Lubinensis pro tempore existens, cum Conventu suo, ex antiqua observatione, Capitulariter, unum ex Fratribus Conventus sui, in Rectorem, et Plebanum ejusdem Ecclesiæ Parochialis et Conventualis, toties, quoties, eligere, et deputare, et Loci Ordinario Gnesnensi,

ocasione

occasione administrationis curæ animarum, Canonicè instituendæ, præsentare, eidem Rectori, dicto Præposito, sic electo, et deputato, quatuor vel tres Fratres Monachos; juxta temporis exigentiam, de Conventu Lubinensi; illos Presbyteros, in partem solicitudinis Pastoralis, et in auxilium curæ animarum adjungere, et illos juxta morem, et constitutiones Ordinis S. Benedicti pro suo beneplacito, ad monasterium suum Lubinense, et causis justis, et necessariis, extra monasterium diutius agant; ac regulæ, huc modo deservient: iterato revocare, ac alios in locum ipsorum ibidem in Vicarios, designare, consueverant. Idem quoq; et ipsis Præpositis Jeziensibus, semper fuisse, et fuisse existerat: quod ex certis causis ad monasterium revocabantur, et revocati ad Monasterium, inter Fratres usq; ad mortem manebant; nec est memoria ejus, quod aliquis in Præpositura Jeziensi moreretur. Et quia bona ipsius oppidi, et civis, seu Cellæ Jeziensi Conventualis, per longam distantiam à monasterio Lubinensi, per aliquot territoria distant: quæ cum Abbas Lubinensis, per se non valeat commodè, ob hujusmodi longiorem tractum gubernare, ac eisdem superintendere: ea ideq; Rectori Jeziensi, à se electo, seu per ipsos Abbates, et Conventum Monasterij Lubinensis, ex nomine suo gubernanda, et regenda committere, ac ipsum Rectorem in Præpositum et Regentem, eorundem bonorum subditis suis in Jezow præfficere, deputare, et præponere soliti fuerant; in bonis hujusmodi, ipsi soli superioritatem, proprietatem ac dominium, et antiquis juribus, et Privilegiis suis retinere; ac subditi omnes ipsorum bonorum, in Jezow, in omnibus gravaminibus, et injurijs suis ad Abbatem, et Conventum suum Lubinensem, veluti ad superiores, et proprietarios Dominos recurrere, et provocare, ac jura et Privilegia sua quævis, ab ipsis solis Abbatibus, et Conventu Lubinensi, pro tempore existentibus, et non à Præposito, usq; ad præsentem diem recipere. Præpositurama in Jezow, numquam fuisse, nec esse, aliqua Apostolica, vel ordinaria auctoritate erecta, sed solum ex monasterio, ratione administrationis, et regiminis bonorum nomen accipere soliti fuerant; sicut etiam in alijs prædijs, et Cellis bonorum ejusdem Monasterij Lubinensis Præpositi vocantur, tanquam factores, et Regentes bonorum Monasterij, non Domini. Et quod Abbates cum Conventu, sunt veri Domini bonorum in Jezow, et quod jura, et Privilegia oppidanis et subditis suis ibidem concedant. Insuper officij Gnesnensis Archi-Episcopi, per exhibitionem certi Privilegij, per bonæ

Stephanum

Stephanum Abbatem, et Conventum Suum Lubinensem; Gibus in Jezow concessis, et per Serenissimum olim Sigismundum Polon: Regem, sub titulo, et sigillo ejusdem muniti, et approbati; producendo illudin causa, contra praefatum Paulum, Abbatem modernum; cum tamen illud magis contra se, quam contra ipsum Abbatem produxit, verificando et recognoscendo, ipsum esse legitimum Dominum bonorum in Jezow, à quo solo jura, et non ab alio, dantur simpliciter recognoverat et confirmaverat. Ac quoniam praecedentibus temporibus, ipsi Religiosi Fratres Rectores Ecclesiae Conventus Jezowien: et Praepositi bonorum ipsius, saepius adversus Superiores suos Abbates, et Conventum Lubinensem rebelles, et contumaces fiebant, ac dominium ipsorum bonorum magis consuetudinis praetextu, quam aliquo jure sibi usurpabant, bonisq ipsis Monasterij ditatis, praesidia Principum, et praesertim Arki-Episcopi Gnesnensis, cum quo in vicinia morantur, sibi comparabant, ne sub Ordinis correctione, et praescriptis subessent, sicut et nunc idipsum in causa attentant. Sicq nec ad Capitula venire, nec correctionibus Ordinis, juxta Constitutiones Benedictinas se subjicere volebant. Ad obviandum tantae temeritati ipsorum; et ne id in posterum fieret, olim Nicolaus Abbas ejusd: Monasterij Lubinensis, ac felicis recordationis Clemente Papa VII. praedecessore nostro, contra ipsos Praepositos et Rectores in Jezow, literas Apostolicas, per quas ipsi Praepositi Jezowienses, una cum universis proventibus, et censibus ejusdem Cellae, et clavis bonorum in Jezow, Abbatibus ipsis et Conventui Monasterij Lubinensis pro tempore existentibus, sic et legitimè sunt subjecti, et ad rationes de omnibus censibus et proventibus, singulis annis, Abbati et Conventui Lubinensi faciendas, et ad reponendum fideliter omnia, quecunq superfuerint, ultra victum et necessitates, Praepositi, Fratrum, Curiae, et familiae Jezowiensis, ac manus Abbatis et Conventus Lubinensis obligari et manifesti obtinuerat prout in illis latius continetur. Nec non post dictarum litterarum concessionem et obtentum; quidam Paulo tunc Praeposito existente in Jezow in eisd: literis contenta renuente; praefatus olim

Nicolaus

Nicolaus Abbas Prefatum Paulum, veluti rebellem comprehensum, ad Monasterium Lubinense reduxerat, et incarceraverat. Et cum eo tandem de mandato Archi-Episcopi Gnesnensis amicabia facta, idem Paulus coram eo, ut eidem Nicolao Abbati, et alijs Abbatibus pro tempore existentibus, in omnibus parere, et debita quevis reddere, ac de expensis et perceptis omnibus, eidem rationem reddere, juxta eidem literas prelibati Clementis se obligaverat, dictaq amicabia, postmodum per Apostolicam Sedem approbata, hactenus observata fuit. Tandem cum post hoc tempus, Monasterium prefatum Lubinense principale, a fundamentis vel ultra annis, denuo reedificaretur, et muris in orbem circumcingi deberet facto et convocato Capitulo Generali, Patrum et Fratrum, ac Prepositorum ejusdem Ordinis, ad Monasterium et Conventum Lubinense prefatum, decretum fuerat Capitulariter ab omnibus; ut juxta antiquas Ordinationes, et presertim juxta dictas literas Apostolicas, dicti predecessoris, Abbas Lubinensis jure suo, et proventibus ea parte, sicut nunc utitur, de bonis communibus in Jesino uteretur. Et ne singulis annis Prepositus Jesuvienensis juxta Bullam Apostolicam, rigidis rationibus de proventibus bonorum in Jesino faciendis gravaret: ibidem etiam Capitulariter decretum fuerat, et constitutum, ut dicto Abbati census frumentarios de agricultoris, tantum Oppidi Jesivien, quos subditi, seu Oppidani Jesuvienses, pro Festo S. Martini annuatim Domino suo de agricultoris solvere consueverunt, perciperet; et in eo intentus esset. Reliqui vero census, et proventus omnes et singuli, tam terrestres, quam pecuniarij, sive Ecclesiastici ex Villis, predijs, hortendirijs, sive decimis, manipularibus, quomodolibet proventibus, quocumq nomine censerentur, qui sunt in triplo majores provisibus Prepositorum Jesuvienensium, ac Fratrum et familiæ, hospitum, Cleri, et pauperum sustentatione cederent: prout in literis, sub sigillis Abbatis, et Conventus predictorum editis latius dicitur contineri. Licet hanc Constitutionem ac Decretum Capitulariter Monasterij Lubinen. Prefati, tenendum et servandum se Albertus à Inuzzonow Medernulo Rector ac Prepositus dicte Ecclesie Jesuvien. manu propria subscripserit, et se obligaverit, ac inter alia Abbatem

batum, et Fratrum diuti Monasterii voluntati pro debito semper pa-
rere: et quicquid sibi injunxerint quantumcunq grave, opere explere;
nec aliquibus se opponere unquam necessitas eidem Prepositu-
re; suis et Fratrum penes eum degentium provisioni debite insistere,
homines sibi subjectos, omni amore prosequi, et defensioni eorum intue-
re; nec immerito in eos aliquam sevitiam exercere; ac bona ad regendu
et fruendum sibi concessa non minuere, fideliterq defendere, ac dilatare
juraverit; prout latius in forma juramenti hujusmodi plenius conti-
netur. Nihilominus dum ipse Albertus Prepositus, premissa circi-
ter viginti Annos servasset; tandem avaritia potius, quam indigentia
ductus, qui alioquin in omnibus superabundat intelligentia eum Ar-
chi-Episcopo Gnesnensi, in cujus Dioecesi dictum oppidum Jezow, à dicto
Monasterio Lubinensi post prefertur, dependens, dictusq Albertus Pre-
positus, sibi familiarissimus existit, facta, adversus suum Patrem Ab-
batem, occulte, dictum Archi-Episcopum, contra prefatum Abbatem, et
per se, et per alios Prelatos sibi familiares, callide incitavit, efficiq
ut ipse Archi-Episcopus Gnesnensis, non ipsius Alberti nomine, sed
ex officio suo, pro hujusmodi insimulata pensione, adversus prefatum
Paulum procedere mandaret, tanquam ipso Prepositi Alberto ignorante,
cum tamen ipsius opera, et solicitatione, ac impensis hec omnia agerent;
Et ut fallaci, et fictitio modo absq suspitione, et censura publica
prefatus Archi-Episcopus contra ipsum Paulum Abbatem, extra suam
Dioecesim efficeret, actus, in Synodo Provinciali Warsaviensi, ab ipso
novissime celebrata, in presentia Legati Apostolici, movit et fecit inter
Patres, in fine et conclusione Synodi, questionem et querelam ac delationem
firmum quidem contra quosdam Abbates, benefitia, et Preposituras Ordi-
nis sui obtinentes: sed signanter et magis explicite, contra ipsum Paulum
Abbatem, in egit et expressit; petens sibi committi causam, contra ipsum Pau-
lum Abbatem Synodalem, non obstante eo, quod, quidam Prelati contra-
dicebant ipsum Paulum esse in hac parte, et bonis in Jezno, à Sede
Apostolica, et per alia sua Privilegiatum, ipso Paulo etiam tunc ob
infirmitatem suam, à Synodo absente: sed dicti Archi-Episcopi ve-
luti presidentis instantia, prevalente, licet Decretum Synodi Provinciali
non possit

non posset prejudicare, vel derogare literis Apostolicis; Nihilominus ad omnem suspicionem dicti Alberti Prepositi apud Abbatem, et Conventum Lubinensem eiq; superiores in causa ipsa tolleret: Idem Archi-Episcopus primum, et ante omnia dictum Abbatem et officia sua ad se citari, ac de solutione prestensa pensionis simoniale convenire, fratigabit suo jussit, et per unicum dictum coram eo servatum, seu sententiam diffinitivam, vel vim diffinitive habentem, dictum Albertum Prepositum, a simoniaca prestensa absolvit, et ne deinceps quicquam Abbati solveret inhibuit, et contra prefatum Paulum Abbatem, in eadem sententia seu actu, vim diffinitive sententie habente, citationem monitoria, occasione ejusdem conficte simoniace pensionis, in forma, licet extra suam Diocesim, dandam decrevit. Et tandem contra ipsum Paulum Abbatem sic citatum, diversis inhibitionibus, obedientie ne sibi aliqui monachi de jecero obedirent; processibus depositionis, et privationis comminatoriis, et aliis fulminationibus, et censuris, aperto suo studio processit, et procedit, et contra eum diffinitivam sententiam, seu vim diffinitive habentis promulgavit, licet indebite, et injuste. A quibus quidem sententijs, seu actu, vim illorum habente, decreto et processibus, pro dicti Pauli Abbatis parte, ad sedem Apostolicam appellato, et pro prosione Apellationis, hujusmodi Apostolicis reputatorijs dat. Idem Archi-Episcopus non obstante appellatione prefata, per contraditas procedit. A quibus omnibus et singulis, premissis, iterum predicti Pauli Abbatis sub tuitione Sedis Apostolice, justa suam appellationem existentis, et ab ea recedere non intendentis pro parte extitit, ad nos et Sedem Apostolicam appellatum, et de nullitate dictum, et deinde nobis humiliter supplicatum ut apellationis, et appellationum a dicto Archi-Episcopo, ut prefertur, vel alias quomodolibet in eo positis, et interpositarum, ac pars, et contra eam, et eas attentatorum, et innovatorum, quorumcumq; nullitatis, et nullitatum, iniquitatis et injustitia, ac premissorum omnium aliorumq; in dicti Pauli Abbatis prejudicium, ut prefertur, vel alias quomodolibet gestorum. Nec

non

non, quam et quas, dictus Paulus Abbas, contra et adversus prefatu
Albertum Prepositum; omnesq alios sua communiter vel divisim quo=
modolibet interesse putandos, de, et super premissis, rebusq alijs, in
actis causa et causarum hujusmodi, latius deductis, et deducendis ha=
bet et movet, habereq et movere valet et intendit, causam, et causas,
alium, seu aliquibus probis viris in dignitate Ecclesiastica constitutis,
et in illis fidelibus commorantibus cum ea, vel eorum alteri substituendas,
audiendas, cognoscendas, decidendas, finiq debito terminandas; una cum
omnibus et singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, an=
nexis, et connexis, ac toto negotio principali, tam conjunctim, quam di=
visim, committere; ac suppositum Albertum, omnesq alios, sua com=
muniter, vel divisim interesse quomodolibet putantes, et in executione
citationis, presentium vigore decernen, nominandos, etiam per edictum
publicum, constito summarie et extra judicialiter de non tuto accessu
citati, eisq ad dicte Auhi-Episcopo Gnesnen, et quibuscis alijs judicibq,
et personis, quamuis authoritate, et potestate fungentes, et fun=
ctis, et exercentibus, Ecclesiasticis et pecuniarijs penis, eorum arbitrio
imponendis, recuperandis, et applicandis inhiberi. Et in eventum non
parituris, Censuras, et penas hujusmodi, incidisse, et incurrisse decla=
rari, aggravari, reaggravari, interdictum apponi, et auxilium brachij
secularis, si opus fuerit invocari: Ipsumq Paulum Abbatem, ab
excommunicationis, aliisq quibuscis sententijs, censuris, et penis, si
quibus premissorum occasione, quomodolibet irretitus existit, simpli=
citer, vel ad cautelam, insimilis, et ante omnia, prout justum fuerit
absolvi: et adversus lapsum fatalium, quatenus lapsa existunt, con=
stito, de legitimo impedimento: ipsaq fatalia, toties, quoties opus
fuerit, prorogari, ac aperta, et innovata, quotiens, etiam prout ju=
stum fuerit, renovari. Et Bullam Benedicti Papæ XII. Pre=
decessoris nostri, de anno Domini, Millesimo, trecentesimo, trige=
simo sexto, Pontificatus sui Anno secundo; duodecimo Kalen=
das Julij editam, in qua Constitutiones Benedictinorum continentur,

attendi,

attendi, et videri, an juxta illius, et Bullae Clementis VII. praefati tempore in omnibus, et per omnia, Abbatem, et Conventum Lubinensem, praefatos conservari, et manuteneri. Nec non ordinationem, et Constitutionem, an alia praemissa, observari, et illis, ad quos spectat, obediri mandare: dictumq; Albertum Praepositum, et ejus Monachos, praefato Abbati, tanquam eorum Superiori obedire, prout juris fuerit compelli; Instigatori quoq; ne praefatum Paulum Abbatem de caetero molestet, juxta juris dispositionem inhiberi: omniaq; alia, et singula, in praemissis, et circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna, facti, gerique exequi, mandare: piae memoriae Bonifacii Papae VIII. de una et consilii generalis, de duabus dietis, dummodo non ultra tres, aliisq; constitutionibus, Ordinationibus, Privilegiis quoq; Indultis, et literis Apostolicis caeterisq; contrariis nequaquam obstantibus, aliisq; in praemissis opportune providere, de benignitate nostra dignaremur. Quolibet discretioni Vestrae, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi: ac dicto Archi-Episcopo Ordinem, et praefatis, et quibuscis aliis judicibus, et personis, si quibus inhibendum erit, in simili, et ante omnia, per vos inhibito, in praemissis omnibus, et eorum singulis, quod justum fuerit decernatis, et exequamini facientes, quod decreveritis, et exequendum decreveritis, per praefatas, et alias censuras, ac poenas, et alia juris opportuna remedia, appellatione remota firmiter observare. Dat: Romae apud S. Petrum: Anno Incarnationis Dominicae 1561. Undecimo Calendas Decembris. Pontificatus Nostri, Anno Secundo.

Porro dicti Commissarii Apostolicis mandatis parentes, auditis: ut multa paucis concludam: maturéq; discussis, utriusq; partis argumentis, servatis omnibus, de jure servandis, tandem decretum duplex, tulerunt. Primum contra Praepositum Jesuitensem; de non arrogando sibi dominio bonorum Jesuae, et Obedientia regulari, quoad tributa, aliaq; justa ac licita Abbati praestanda. Alterum contra Instigatorem Archi-Episcopi, Stanislaum Borzymiensis de actione criminali, Abbati ignominiosè ratione Simoniae intentata. Utriusq; decreti tenor sequitur, et est talis.

Decretum

Decretum primum, contra Præpositum.

In causa Commissaria Apostolica, inter R. D. Laulum Chop-
nallii, Abbatem Monasterij Lubinensis, Ordis S. Benedicti, Diœcesis Cos-
nanensis ex una, et Venerabilem ac Religiosum Frem Albertum a
Missionow, Monachum Professum ejusdē Abbatis et Conventus Lubinen,
Præpositum bonorum, ac Rectorem Ecclesiæ Parochialis et Conventualis in
Jezewo, Diœcesis Gnesnensis, de, et super proprietate ac usu bonorū,
et proventuum totius Cleris, et Ecclesiæ Jezuiensis, nec non obedientia
et subjectione regulari, ejusdem Præpositi et Rectoris in Jezewo, ipsi
Dño Abbati, et Conventui Lubinensi, veluti suis legitimis Patribus, an-
tiquitus prostari debita, et ejus contumacia et temeritate, rebellione, ac
alijs rebus, in processu causæ ex vi Commissionis, Sui Domini
Pij Papæ IV.ti feliciter modernj, nobis exhibitæ, et pro parte Dñi
Abbatis Lubinensis obtenta, et legitimè confecta, coram nobis latius
deductis, ac eorum occasione, partibus ab altera, vertente et mota:
Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, et ipsum solum Deum
præ oculis habentes, ex his, quæ in presenti causa vidimus, et aperte co-
gnovimus, de juris peritorum consilio, et matura intra nos deliberatione
præhabita, dicimus, decernimus, et pronunciamus, in his scriptis oppidum
Jezewo, una cum suis Villis, Mikalino, Jessien, Gora, et Przytok, in Dio-
cesi Gnesnensi et districtu Pavensi sita, dudum, ex antiqua dotatione, Il-
lustrissimi olim Bolesłai Ducis Mazovia, justa Literas donationis ejusdē,
eorum Nobis fusidiè et legitimè expedias, verificatas, et recognitas, ad
Monasterium Fratrum, in Lubin, Abbatem ipsius Lubinen. prædictos,
primo, et principaliter pertinere, ac eisdem donata esse: Eadem bona
Cleris Jezuiensis, una cum suo Præposito, pro tempore existente, ac Obedi-
entiam Superioritatem, ac Dominium Abbatis, et Conventi Lubinen. pro
tempore existentium, semper antiquitus spectare, et ex prescripto ipsorum,
Abbatis et Conventi Lubinen. semper dependisse, et moderata esse, om-
nesq. Subditos oppidi, et villarum ipsius Cleris, et Cellæ in Jezewo;

Jura,

jura et Privilegia quaevis, ab ipsis solis, Abbate, et Conventu Lubinensi veluti a proprietarijs Dominis, semper obtinuisse, ac demum ipsum Praepositum Jeruensem, pro tempore existentem, per olim Clementem Papam VII. specialiter, et expresse, ad obedientiam, et subjectionem dictorum Abbatis et Conventus Lubinen, et ad respondendum, et ad faciendam rationem, in singulis annis, de omnibus proventibus censibus, ac decimis, tam terrestribus, quam Ecclesiasticis, ipsi suo Abbati, et Conventui Lubinen, ac ad praesentiam Capituli Generalis, ipsi Praeposito Jeruen, pro tempore existenti, et Conventui Lubinen, suis temporibus intimandi, et alia debita Ordinis per patentes literas sub plumbo, Authoritate Apostolica obligatum esse, ac juxta Constitutiones Benedicti Papae XII. pro Ordine Cluniacen Benedictinorum duidum editas, et servatas, ad promissa omnia teneri. Et insuper per Sanctissimum Dominum Pium Papam IV. feliciter modernum, ad eandem obedientiam, et subjectionem regularem, et ad tenendam, et servandam quandam Constitutionem, de Censu frumentario in Jeruo, ab Abbate et Conventu Lubinensi, sub titulis, et sigillis eorum capitulariter factam, et ab ipsa Sede Apostolica novissime confirmatam, per literas suae Sanctitatis, ipsum Praepositum Jeruensem obligatum esse, et teneri debere. Et sic iterum, per nos, ad promissa omnia servanda, compellerentur, et subjicerentur, ipse Praepositus juxta Bullam Clementis Papae VII. et secundum constitutiones Benedictinas, idipsum nobis a Sua Sanctitate per expressum, commissum, et mandatum esse. Quapropter eundem Religiosum D. Albertum à Mixionow, Praepositum Jeruensem modernum, et alios pro tempore existentes, ad servandum omnia et singula contenta, quae in bulla Clementis Papae VII. et in Constitutionibus Benedictinis, de rationibus propriis Abbati reddendis, continentur, et signanter ad praesentiam Capituli Generalis in Monasterio Lubinensi, ab Abbate, et Conventu, legitime temporibus suis indicendi, et convocandi, ac ad correctionem, et emendationem, in eodem Capitulo quomodolibet, juxta Canones Regulae ipsi Praeposito infligendi, ac ad alia decreta mandata, Abbatis, et Conventus Lubinen, veluti Patrum, et Superiorum suorum legitimorum, et ad servandam eandem Constitutionem Monasterij sui, de censu frumentario ex agricultura oppidi Jeruo, pro Festo S. Martini, per Oppidanos, solet solito, Capitulariter factam, et a moderno Sanctissimo

Papa.

Papa Pio IV. approbatam, et confirmatam, nec non ad solutionem fuemen-
totum retentorum cogendum fine, et vigi debere, prout eundem ad premissa
omnia, cogimus, compellimus, et obligamus, ac eundem Prepositum sub po-
testatem et Obedientiam regularem Abbatis et Conventus Lubinensis pro
tempore existentium, justa Canones ipsorum Regule, perpetuo suppohimus,
et tanquam Monachum Professum, eorundem Abbati et Conventui subjicimus.
Quod vero ipse vndemnus Prepositus, vocatus existens, legitimè ab eodem
Abbate, et Conventu Lubinen: contumaciter non venerit, nec in eo sibi intime-
to comparuerit, propterea merito ab ipso D: Abbate, et Conventu suo Capi-
tulariter congregato, justè et legitimè declaratus excommunicatus existit,
quam declarationem ipsorum, in toto approbamus, et in suo robore conservamus,
ipsumq. tam diu pro excommunicato, ac declarato ubiq. haberi, et evitari de-
crevimus, et declarandum, denunciandum, coram Christi fidelibq. mandamus,
donec a Patribus Ordinis sui, vel a nobis beneficium absolutionis, obtine-
re mereatur. Non obstantibus absolutionibus, et exemptionibus ab obedientia
regulari per ipsum Prepositum, à quibuscunq. Judicibus nullitèr obtentis,
et alijs quibuscunq. actis, et processibus, tam per ipsum Prepositum, quam
quovis Commissarios, per quemcunq. Judicem subdelegatos, contra nostra
inhibitionem, imo veritus Apostolicam, ipsis, et eorum cuilibet, legitimè fa-
ctam, nullitèr post hujusmodi inhibitionem attentatorum, quæ omnia atten-
tata, una, cum ipsius Prepositi, exemptione, ab Obedientia, nullitèr obten-
ta, cassamus, et annulamus, ac revocamus, ac ipsum Prepositum dicto
Abbati Lubinensi in expensis litis, propterea factis, condemnamus, quarum
taxationem Nobis, in posterum reservamus, hac nostra sententia definitiva,
ad premissa mediante. Lata Anno Christi 1562, 20. Martij.

A: 1562.

Ita pronunciavi Ego Andreas Czarnkowski, Episcopus Posnan:
in presentia D: D. Collegarum meorum, et de consensu eorum.

Joannes Lowicki coram DD. Commissarijs,
Causæ presentis Notarius.

Decretum 2du pro parte Abbatis contra Instigatorem.

In Causa Commissaria Apostolica, inter R: Paulum Chrynacki
Abbatem Lubinensem, O: S: B: Diœcesis Posnanien: a quadam sententia inter-

* pro triennali Capitulo Celebrando in Monasterio Suo Lubin: *

locutoria

loutoria, fundationis jurisditionis, et rejectione exceptionum Judiciarum, et in jure fundatarum, an ab alijs grauaminibus, in processu causa de-ductis, coram Rndssmo D. Joanne Przerembski, Dei gratia Archi-Episcopo Gnesnensi, et appellantem ex una, et Venerabilem Stanislaum Borzymin-skii, Canitentiarium Gnesnensem, Instigatoremq; seu Fiscalem Officij, prefati Rndssmi D. Archi-Episcopi Gnesnen: in eadem causa appellatum partibus, ex altera, et in Commissionis Apostolice prefate, et appellationis prodicta, pro parte memorati R. D. Abbatis legitimè obtente, et coram nobis mota, et vertente. Et hic quid in presenti causa, actisq; primo in-stantie, coram Rndssmo D. Archi-Episcopo Gnesnen: inter partes predic-tas, quomodolibet gestis, habitis, et observatis, tum etiam ex literis et Pri-vilegijs eidem Monasterio Lubinensi dudum concessis, et Abbatibus pro tempore existentibus, et per Sedem Apliam approbatis, in eadem causa ex-hibitis, productis, videmus, intelleximus, et cognovimus. Christi nomine invo-cato pro tribunali sedentes, et solum DEUM pre oculis habentes, authori-tate nostra, imo verius Apostolica, nobis in hac parte commissa, dicimus, de-cernimus, et pronunciamus, memoratum Rndssmum Dnum Joannem Przerembski D.G. Archi-Episcopum Gnesnensem exceptiones legitimas, et juridicas, pro parte Abbatis Lubinensis, Pauli Cholmachi, judicialiter productas, per quandam interlocutoriam sententiam suam, minus juste rejecisse, et ap-pellatione in instanti, ab eadem interlocutoria sententia, ex parte ipsius Ab-batis, ad Romanam Curiam, et Sedem Apostolicam legitimè facta, interpo-sita, insinuata, et intimata, rejecta, ac temerè in contemptum Sedis Aplicæ refutata, ad nonnullos actus, et terminos judiciarios, pendente hujusmodi appellatione, ad importunam ipsius Instigatoris instantiam, contra prefatum D. Abbatem Lubinensem, eo absente, et sub tuitione appellationis sue, ad Sedem Apostolicam facte, de hac protestantem, lite minime contestata, usq; ad cujusdam sententie interlocutorie non diffinitive habentis, contra Privilegia ejusdem Abbatis, et ejus Monasterij, et contra Constitutiones S. Benedictinas Benedicti Capse XII. nulliter, et de facto processisse, et sententiam predictam indebitè contra eundem Abbatem tulisse, et pronunciasse, eumq; injustè, ad restitutionem certe summe, ex bonis Jerico Monasterij sui, nomine census hereditarij percepta, coegisse, ac damnasse, et sup crimine

Simoniane

Simoniace labis iniquè infamatum, et ad Sedem Apostolicam, seu prisentiæ Sue Sanctitatis, ad penas alias subeundas remissum, contra DEUM et justitiam Sanctas. Et propterea prefatum R. D. Abbatem, benè et juste dictum Rdssimu D. Archi-Episcopum, tanquam suspectum judicem, recusasse, et ad Sedem Apostolicam juste appellasse, et provocasse; Instigatorem vero prefatum, minus juste, ut ex toto processu cause apparet, male processisse. Quia propter nos, Authoritate nostra, imo verius Apostolica, de Jurisperitorum consilii et assensu, omnia post appellationem ipsius D. Abbatis, ad Sedem Apticam legitimè factam, in eadem causa illegitimè attentata, et innovata, totumq; cautio processum, de quibus plenè et sufficienter, ex parte ipsius D. Abbatis docutum est, cassamus, revocamus, annullamus, et irrita esse decernimus, sententiamq; ipsam interlocutoriam, vim diffinitive habentem, et contra prefatum D. Abbatem, ad ipsig Instigatoris instantiam, per memoratum Rdssimu Archi-Episcopum latam, nullam, et iniquam esse pronuntiamus, quam in toto cassamus, et retractamus. Quinimo prefatum D. Abbatem, in pristinum Statum, in quo, ante hujusmodi sententiæ prolationem extiterat, in proprietatem, usumq; ac dominium directum, bonorum Jurium restituimus, et reponimus, ab ob impetitione Instigatoris, liberum perpetuò absolvimus, et in suos suo justa antiquam consuetudinem, et observationem, prescriptum Regulæ Benedictinæ, omnium bonorum, Subditorum, et Fratrum Monasterij sui Lubinensis perpetuò conservamus. Prefatum vero Manifestum Borzyminski Instigatorem Officii dicti Rdssimi Archi-Episcopi in expensis litis, prosterea factis condemnamus: quarum taxationem nobis in posterum reservamus, hac nostra sententia ordinante. Lata, et in scriptis pronuntiata est, per R. D. Andream Carnkowski, Episcopum Posnaniensem, Judicem Commissarium Apostolicum, in presentia et de consensu, Collegarum suorum, in eadem causa.

Anno Christi 1562. 13. Die Aprilis.

Non tamen idem Deputatus, de male sentiatis ceptis aliquid remisit, quin et pertinatius, in proposito pergens, Judicibus his oppositis, alios Judices, ad instantiam suam, primum à Beatitudo Bon-Joanne Pij Papæ IV. ad Regem Poloniæ Nuntio, in persona Martini Galbicynski, et Francisci Krasinski ec: Gnesnensium Canonicorum, de post ab ipsa Sede Apostolica, in

personam

personam Stanislai Warszewicki, et Nicolai Krasinski, designatos, sed quod per illos, contra Abbatem, in eadem causa, fundite sunt allentata, cum nullum haberent effectum, stylo non persequar. Tandem Prepositus suum sibi omnem, vindende hujus cause, spem, Archi-Episcopo Lanono sue sub illud tempus, e vivis sublato, obuisse cerneret; grandem debitorum summam contraxisset, nec tamen, dictum illud, monastice subjectionis, ac tibi, quo vinctus tenebatur, jugum, excutere posset, tot molestiarum, ac suorum inaniter collocatorum, pertesus, ad pacis studia se convertit. Quare premissis ad Abbatem supplicibus literis, ipse quoq subsequitur: errati penitens veniam publice postulat, ac deinq Fratribus Adstantibus, impetrat, juramento prius prestito, se Commissariorum decreto, per omnia juxta seriem ejusq peritorum, in hunc modum.

Anno Domini 1563. 15. Decembris. In Monasterio Lubinensi O. S. Benedicti: R. Paulo Choynacki Abbate, Priore, ac coetera Fratribus capitulariter congregatis. In mei notarij publici, ac testium infrascriptorum presentia, constitutus personaliter R. P. Albertus à Mszczonow, Ecclesie Parochialis, et Conventualis S. Andree, bonorum Jesieu, Gnesnensis Diocesis, Prepositus, Ord. S. Bndi, monasterij Lubinensis Professus, sanus mente, et corpore, et uti palam fatebatur, non compulsus, nec coactus, sed ultro, et bene deliberatus, parendo ante omnia Statutis, et Ordinationibus Apostolicis, p R. Abbatem, et suum Conventum, coram se habitis, et expeditis, tenens in manibus suis sententiam diffinitivam per Rndos Commissarios Apostolicos, occasione bonorum in Jesieu, et obedientie Regularis, contra se, et pro parte R. D. Abbatis, ac sui Conventus: Anno 1562. 20. Martij, ut ipse palam dicebat, justi, sancte, juridice, et legitime lata talem submissionem, coram me, notario publico, ac testibus infrascriptis, ore suo fecit, legit, et publice de verbo ad verbum, pronunciavit in hunc, qui sequitur modum. A. 1563.

Ego Albertus a Mszczonow, Professus hujus Monasterij Lubinensis, Ordinis S. Benedicti, ac Ecclesie Conventualis, et Parochialis, tituli S. Andree in Jesieu, Dioecesis Gnesnensis Prepositus; non compulsus, nec coactus, sed sponte, ac libere, et bene deliberatus, parendo reverenter, et satisfaciendo, ta Apostolicis

Ordinationibus

Ordinationibus, et mandatis, quam et Sententie diffinitive, per Rassmum olim Andream Gamrzewski Episcopum, ac Andr. Jacobum Dzwaduski Gnesnen. Episcopum, et Suffraganeum, ac Franciscum Wyssocki Cantore, Vicariumq. in Spiritualibus, et Officialem Generalem Posnanien. tanqm Judices, per Smū D. Pium IV. feliciter memorium legitimè datos, et specialiter delegatos, in, et contra me, et pro parte R. Paduli Chwynacki Abbatis et Conventus Lubinensis, occasione bonorum predictorum in Jezewo, et Obedientia Regularis per me, huic Monasterio perpetuo debita, justè, juridicè, sanctè, et legitimè, Authoritate Apostolica, late et pronunciate, ac earum Sententiam profatorum Judicum Commissariorum, sed Apostolica in omnibus ejus punctis, et clausulis, reverenter suscepi, ampleti: et approbavi, quam hic pro oculis habeo, et in manibus meis tenco, eamq. tibi Notario publico porrigo, et trado, per te in acta Consistorij Posnanien. redigendam: prout ac recepi, ampletor, et approbo reverenter, ac suscipio, et in omnibus, et per omnia, eam ipsam Sententiam veneror, atq. ex nunc, prout ex tunc, et è converso, cedo jura, lites, et causas meas, utriq. inter me, et inter Dnū meum Abbatem Lubinensem, tam in Curia Romana, quam hic in partibus, coram quibuscunq. judicibus, tam delegatis Apostolicis, quam Subdelegatis, sive Ordinarijs, occasione earundem bonorum in Jezew, ac Obedientiæ meæ Regularis huic loco, et Monasterio debite, hactenus quomodolibet habitis, motis, et intentatis, ac eidem una cum appellationibus meis, tam ab ipsa Sententia tradita, quam alijs, quibuscunq. meis preteritis gravaminibus factis, vel interpositis nec non Commissionibus, exemptionibus, et alijs munimentis meis, tam a Sede Apostolica, quam ejusq. Legatis, sive a Dominis Ordinarijs, contra ipsum D. Abbatem meum, et contra observantiam, et Obedientiam Regularem, quomodolibet per me obtentis, et expeditis, totaliter, et perpetuò renuncio, et insuper obligo et submitto ac inscribo me, ac Successores meos, Prepositos Jezewenses pro tempore existentes, in perpetuum, eidem Sententiæ diffinitive, et omnibus et singulis, ejusdem contentis, semper veraciter, ac totaliter, parere, ac satisfacere, absq. aliqua contradictione, vel exceptione sub censuris Ecclesiasticis, per R. D. Episcopum Posnanien. seu ipsius Officialem Vicarium, pro tempore existentem, tanquam Judicem a Sede Apostolica in hac parte legitimè delegatum in defectu paritionis ejusq. Sententiæ

in toto,

in toto, sive in parte, contra me, et Successores meos, ipso facto fulminandis nec non sub pœna, mille florenorum, auri, Ecclesiæ Posnaniensi, aut Camerę Apostolicę, et Monasterio huic Lubinensi, per medium, in defectu paritionis, vel transgressionis meæ, et sub alijs pœnis Regularibus, per me, et Successores meos, subeundis, luendis, et solvendis, renunciando omnibus juris, aut facti, remedijs, et exceptionibus, ex nunc, et perpetuò. Super quibus omnibus et singulis premissis, prefati, R. Dnus Abbas Lubinensis, et Præpositus Jerenensis petierunt a me Notario publico infrascripto, sibi dari et confici instrumentum. Acta sunt hæc in Monasterio Lubinensi, Anno, indictione die, mense, quibus supra &c: Præsentibus testibus, Alberto Sadlińskij, Parocho Lubinensi, et Luca de Rhyn, Vicario ejus, et alijs fide dignis.

Albertus a Skrzinow Præpositus Jerenensis Prof: Mnji Lubinen: } Locus Instrumenti { Nicolaus Bielińskij, Notarius Publicus

Is fuit exitus, litis hujus, Abbati, temere, per Præpositum, mediante Instigatore Archi-Episcopi, intentatæ, ex qua non solum victus Actor, ludibrio duxerit, sed et bonam nominis sui famam, simul et commendam, graviter læsit, exemplo hoc docens, Monachum cum Abbate, decertare non debere, quod hic plus valeat solo digito, quam ille toto brachio.

Ante unum Annum Joannes Przerębski, p: m: Archi-Episcopus Gnesnensis, Statuto Synodi Provincialis Varsaviensis sanxerat, Singuli dti Episcopi, in loco comodo, Dioecesum suarum, collegium exigi curarent, in ejusdem numerum Scholarium, victu, et amictu provideretur, ijs vero, q caeteros ingenio, ac diligentia in discendo antecellerent, etiam præmia largirentur: de quorum numero, aliqui ad Sacros Ordines, post et ad munia Ecclesiastica obeunda, beneficiaq obtinenda assumi possent, hac ratione, ac, idoneorum Clericorum, seminarium, instituturos spectantes. Oneris hujus partem in Abbatis Dioecesani humeros derivans, Andreas Czarnkowski Episcopus Posnaniensis pensionem ijsdem imposuit, pro Collegio Lubranciano, in subsidium ejusmodi Studiosorum, tum et Theologiæ magistrorum, quos ad confutandos Lutheri A: 1562. & Stat: Synod: fol: 113. art: Decl:

Lutheri sectam, ex Academia Cracoviensi, de industria evocarunt. At Chovnaicum Fratribus, constanter se Episcopo per literas, opposuêre, non ferentes bona Monasterij novis oneribus pretri, tot iam antea gravibus tributis obnoxia. Earum literarum seriem, quod plerag in se satis digna contineant, sui ad verbum adtexere visum est.

Reverendissime Domine, et Princeps noster gratiosissime.

Quemadmodum Reverendissima D.V. dignata est per suos Speciales Nuntios et Balatos, ad nos nuper missos intimare, hortando nos ad Collegii Posnaniensis, ac studij sui promotionem, et juvamen, prout ij latius nobis ex legatione Rndssimi D.V. enarratum exist. Denatis itag ex una parte, inter nos causis, et rationibus, nomine Rdssmæ D.V. propositis, et conciliatis, et alia parte diversis oneribus, et gravaminibus bonorum nostrorum tam preteritis, et antiquis, quam presentibus, quibus cenicq in dies, plus satis obruimur, tam domi, quam foris, ultra antiqua tributa Regalia, bonis nostris dudum impossita, quorum majora, subinde his turbulentis temporibus a malevolis hominibus, nobis imponenda minantur. Quorum Sane et indecorum Ordini nostro putamus, fore, ut ad alia tributa nova, et onera, preter antiquam consuetudinem consentire debeamus, ea potissimum, que perpetuam obligationem, Monasterio nostro inducere deberent, rationibus diversis, in contrarium occurrentibus. Erat enim Rndssimo D. et Patrone, bona Monasterij nostri, quodammodo florentia, et frugifera, a plerisq adversarijs nostris esse censeantur: at nos tempora temporibus conferentes, et ex antiquis vetustis, tam Regni, quam Monasterij, bella antiqua, et res gestas, in memoriam revocantes eb, invenimus non solu bona nostra vastata, et exusta esse aliquoties, verumetiam Monasterium hoc nostrum, una cum Monachis, de statum semel, aut bis fuisse, donec iterum demum, olim Illustrissimi Principes Poloniæ, à Cisterciensibus ex Gallia, alios Fratres, ejusdem Ordinis, hûi mitti, suis instantijs obtinuerunt: quorum opera tandem, res tam divina, quam humana, beluti resuscitatæ, paulatim succreverunt. Postremo temporibus bellorum Silesiæ, iterato hæc bona, fuerunt plane vastata, et desolata, ut vix iterum recenti Patrum nostrorum memoria, fuerint demum reædificata, et usibus suis pristinis restituta: sub quo quidem, satis longo tempore olim Patres, et Fratres nostri,

spare

pare, praedio, et subditis defidentibus, asperam, ac difficilem sustentatio-
nem, et suffragijs publicis sibi comparabant: Nunc demum disquadabili
reliqui tumultus, et bella emersebint, quod utiq in Regno justis temporum
et rerum mutationem, sepius evenire solet, quae mala et incommoda, et spi-
rationes f: pejora prioribus:/ non sustinebimus? Reverendissima D.V.
idipsum pro sua prudentia, et perista, ex presentibus motibus, augere po-
test, tantum abesset, ut alijs juvare, sub tantis distrabijs, in futurum
poterimus. Ad proposita itaq, R.D:V. Dni nostri Clementissimi res-
pondentes. Sicut ab antiquo Patres, et Fratres Ordinis nostri, sub pace,
et tranquilitate temporum, studiosos scholares, et paupores, in hac mona-
sterio, ubi semper refitebant, pieq in studia adjuvabant, ac viros doctis-
res pro institutione sua Religiosorum, servabant, sic, et nos idipsum, in
primis facimus, et factum sumus libenter, quod eos scholares, quorum stu-
dia, circa scholas nostras dubitem, et Divinem, complures semper, ab
antiquo habiti sunt, et habentur, benigne habitos, haud gravatim sus-
tentamus, et adjuvamus pro viribus; Nec quod, ad alendos Magnatum, et
nobilium divitum, obligari debeamus, et paupores ac egenos negligere, im-
sane, contra Divinam Scripturam, et Regulam nostram, imo contra conscien-
tiam nostram, facere non teneamur. Supplicamus itaq humiliter, V.R.
Rdsmae D. Domino Nostro Clementissimo, dignetur circa jura, et fun-
dationes nostras Monasticas, gratiose nos tueri, et conservare, et ne nos ed
ducere dignetur, ut collegia hujusmodi impendere debeamus, ipsi collegia-
ti, in Ordine nostro, praesertim, quae pro monachis, et Religiosis Personis, non
autem pro divitum, et Haereticorum filijs, sunt dotata. Nam dato, si etia
idcirco impenderemus, ipsi nihilominus, et eorum Deo, nihilo meliores
facti, inde magis nos, more suo, vexare, ac traducere, quam tueri conabun-
tur, idcirco alij aliter sentiant, suis, et mundi hujus praeidijs confisi.
Quod vero attinet Statutum Regni, hoc nos, dum aliter fieri nequit, non
recusamus, pro viribus tenere, et servare, paupores, ac bonorum nobilium
fidelium filios, de nobis bene meritos plures, quam ante, ab ipso tem-
pore, quo requisiti sumus, et in domo, ac bonis nostris, non tamen ali-
bi extra alituri, et servaturi, sicut et nunc idipsum facimus, nec ad
hujusmodi extraordinarias impensas, quae perpetuam obligationem nostro

nostro

nostro importarent, omnino consentimus, etiamsi ipse Latus, et Prelatus Noster D. Abbas, consentire voluerit, nos neutiquam consentimus, de quo, licet jam protestati sumus, de parte: sic et eorum Rndssima Dominatione Vestra presentibus protestamur; quod responsum nostrum commune ut Rndssima D.V. Deus Noster Clementissimus, gratiose suipsese, et admittere dignetur, humiliter ac obnixe eidem supplicamus. Commendamus nos tandem, gratiae Rndssimae Dnat: Vrae, Dominio, et Prosuli nostro Clementissimo, pro cujus salute, felici statu, et praesidentia, DEum Omnipotentem, uti facimus, ac tenemus semper, exintimis exoratum sumus. Datae ex Conventu Nostro, die penultima Junij; Anno 1562.

Sed praedicta petitio, nullum sortita est effectum. Nam literis his expeditis, undecimo die, Episcopus Sathi confectis. Episcopatu vero Posnaniensi, nominatione Regis, et electione Praelatorum, potitus, Adamus Konarski. Qui cum ibidem non multo post, Collegium Latinibus Societatis JESU, erexisset, illic instituti sui mos, literarum studia, propinare suspirent, totum fere Collegium Lubranscianum, f: ut genus hominum semper est novitatis avidum: ad se traxerunt. Igitur conscendentibus discipulis, magistros quoq; stationem suam desere, pensionemq; exercitione sua frustrari, necesse fuit. Nostra vero aetate, idem Collegium stillicidijs labens, et in ruinam pronum, D. Rozrazewius, propriis restauravit impensis, et revocatis magistris, censuq; aucto, literarum studijs, iterum florens reddidit.

Anno sequenti Choynatius Abbas, pensionem centum Ungaricorum, in vim frumentaciae, ab Alberto Praeposito, petebat, reddi sibi justit. Sed egestatem obtendenti, ac fortius astringendum instaurate rebellioni nodum, maiorem ejus partem, pro illa vice condonavit.

A: 1563 Anno Christi 1563. Stanislaus Hosius Cardinalis, celebrato Tridenti Oecumenico Concilio, in quo Pij Papae IV nomine, Legatus, praesidebat, ad suum Episcopatum Varmiensem, per Silesiam, et Majorem Poloniam tendens, Monasterium nostrum visitavit. Exceptus omni humanitatis officio, ab Abbate, ac Fratribus, tam Illustri, et qualem vix unquam Coenobium nostrum, vidit, hospite, per quam laetis.

Nondum bene respiraverat, è priori pugna Choynatius, cum ecce eum

sequenti mense, etostentis anni 1564. alia cura difficilior exepit.

Sigismundus Rex, missis literis, et nuncio, Andream de Gosta, Comite, Stibosium Krzykowski, Scholasticum Vladislaviensem, ac Secretarium suum, in Coadjutorem Abbatiæ, successionis studio, eidem coaptandum tibi, mandavit. Idem Vice-Cancellarius Myszkovius, per literas vehementius urgit, ipse quoq; Krzykovius submissè postulavit. At Choynacium Capitulo Fratrum, nullo modo adduci potuit, ut id faceret, novi illius Regij mandati, s: telum id, in se Abbatiali Sede petendum, fabricati credens, tebrove peruulsus. Sed de ea literis, in eadem causa, utring missis, clarius patebit, quorum exemplaria ego tibi testor do. A: 1564.

Exemplar literarum, a Rege Sigismundo Augusto ad Choynacium Abbatem Lublinensem, in causa Coadjutoriæ Krzykowji.

Venerabilis, ac Religiose, devotè Nobis dilecte?

Postulant horum temporum rationes, ut tales Præfecti Monasterijs præficiantur, qui et huic muneri administrando, digni habeantur, et Rej-Publicæ serviendo, utiles esse videantur. Nam, nulla nunc de re magis queritur Ordo Equestris, quam de indignis, et inutilibus Monasteriorum Præfectis, quorum omne studium, in otio, et bonis abliguiendis, consumitur. Quare, cum Devotionem Vestram, esse affectam valetudine, ac ætate ingravescentem, intelligeremus, cupientes, in hac morbi Religionis, Monasterio illi prospicere, Venerabilem Stibosium Krzykowski, Canonicum Cracoviensem, et Secretarium Nostrum, dignum esse judicavimus, quem, ob ejus virtutem, generis nobilitatem, ac Religionis ardorem, prope singularem, Successorem Illi designaremus, ita quidem jam designamus. Itaq à Devotione tua postulamus, ut eum, in Coadjutorem Suum, eò libentius admittat, quò et id magis necessarium esse monasterio suo videat, et nos idem maximè velle intelligat: in quo tamen statuendo prius de more instituat, ne quid Monasterij juribus, ac institutis, derogatum esse per nos videatur.

Quæ quia

Qua quidem de re, ex Illustri Andrea Comite de Gorka, plura intelliget, ut ne quid cura et studij pratermittat, quod hoc negotium, ex sententia confectatur. Ei igitur fidem habebit, vel ea que oportulamus facient: si ab nobis bene meren, rebusq Monasterij sui, prosperium esse velit. Datæ: Varsaviæ 6. Januarij: Anno Christi: 1564.

Venerabili ac Religioso Paulo Chorynalii, Abbati Lubinensi.

Sigismundus, Rex Augustus.

Sequitur Responsum Abbatis, Regi per literas missum.

Sava R: Majestas, Domine, D. Princeps, et Patrone Clementissime.

Quemadmodum S.R. M.V. Dominus meus Clementissimus, tam per literas suas, quam et per Illustrem D. Andream Comitem de Gorka, Nuntium suum, meq Sacellanum suum devotum, Missti V. Regiæ, semper subditum, gratiose hortari, et clementer admonere ac requirere dignata est, ut mihi videam, adhiberem in Coadjutorem istius Abbatiæ meæ Lubinensis Rndum D: Stibosium Krzyżowski Scholasticum Vladislaviensem, ac tuæ S. R. Mtis, Secretarium, id quod ego, ad vota, et mandata S.R. Mtis Vræ, Dni mei Clementissimi, quantum in me est privato homine, libens facerem, nisi in contrarium obviarent præcepta Regulæ Ordinis nostri, quam ego, in omnibus et singulis Capitulis, me servaturum, sub gravi comminatione, perpetuo voui, juravi et solemniter professus sum. Audiit insuper, quod eum hoc, monasterium nostrum, per nobiles Heroas, ac milites, in hoc inclyto Regno, ad hoc sit fundatum, ut juxta Benedictinæ nostræ Regulæ leges, Abbas cum suis Monachis, in perpetuo Monachatu, et Orationibus publicis, et quotidianis hic loci assidue ac regulariter viverent, et agerent: ac proinde Abbatia vacante, per cessum vel decessum, et non aliter ipsi Patres, et Fratres Monasterij istius, viros Regulares, cum Presbyteros Professos, habituatos, ac diuturnum in disciplina Regulari probatos, in suos Abbates Canonicè, et regulariter eligerent, prout in his, et alijs, tam à Fundatoribus, quam ab alijs, sicuti sicut

Ipsi legati,

priuilegiati et specialiter obligati. Qua propter S. Mtis Vrae Regiae Do-
mino Ser Principi meo Clementissimo, devotè, pedibus ejus provolutus, in
DEI Omnipotentis nomine, Supplico humillimè, ne mihi suo sacellano, humi-
li, vitio aut temeritati meis, vertere dignetur, et ut id clementer Sacra R.
M. Vra Dominus meus Clementissimus, mihi condonare dignetur, quod Eccl.
Rndssmu Dnu Stanislaum Krzesłowski, Suae Regiae Majestatis Secreta-
rium, in Coadjutorem, et futurum Successorem, illius Abbatiae meae, nec re-
cipere, nec nominare possum: Ordinis nostri Canonibus obstantibus, ac me, et
conscientiam meam, graviter offerentibus: Patribus quoq, et Fratribus istius
Monasterij, pro sua religione constanter reluctantibus, quibus ego ad electionem
futuri Successoris, cogere et compellere nequeo, cum hoc ad me, sed ad ipsos solos,
post mortem cujuslibet Abbatis, libera et Canonica electio pertineat; Sic itaq
post obitum meum, poterunt illi, in his, et alijs rebus, satis S. R. M. Vrae
se accommodare, et parere, dum secundum normam Regulae suae, facultatem
habebunt alium Abbatem, post mortem meam, in locum meum, eligendi,
quam se aliter habere, non posse dicunt. Commendo me tandem humillimè
gratiae, Clementiae, et protectioni S. R. Mtis Vrae, Domini mei Clementissimi,
quam ut DEus Omnipotens, diutum in hoc indicto Regno, Principem
et Regem bene valentem, ac victoriosum nobis conservare, atq semper pro-
spere dignetur; Ipsum sicut teneor, cum Universis Patribus, et Fratribus
meis, quam intentissimè deposco, et deprecabor quamdiu vivam &c. Datum

Paulus Chrzanski, Abbas Lubinensis.

Litera S. R. Majestatis ad Conventu, in eadē causa.

Sigismundus Augustus D.G. Rex Poloniae: M.D. Lithuaniae.

Venerabiles, devotè Nobis dilecti.

Dedimus ad Abbatem Vrum literas, quibus eum cohortati sumus, ut
ob senectutem, invaletudinemq suam, in hac religionis visitatione, istoq quasi

quidam

quodam, in hunc Ordinem, odiorum conuersa, ſ: quo sane fit, vt ejusmodi functio difficillima efficiatur, et bona Monasterij in maximo periculo versentur. Venerabilem Stiborium Krzyżowski, Scholasticum Wladislaviensem, Canonicum Cracouiensem, Secretarium nostrum, quem propter ejus multas virtutes, maximeq; in primis charum habemus, in Coadjutorem suum, jam nunc optet. Quam quidem in rem, vt vos quoq electione facta, libentibus animis consentiatis, literis nostris, hortandos vos esse duximus. Nec dubitamus, quin voluntati nostræ, facile istis obsecundaturi, præsertim, quod id Vobis, et voluptati, et utilitati sit futurum: quemadmodum ex Illustri, et Generoso Andrea de Gorka, Comite, plenius intelligent, cui fidem habebitis, et ea quæ Vobis nomine nostro referent, facilem vos præbebitis. Secus pro gratia nostra non facturi. Datt: Varsaviæ, 6. Januarij, Anno Christi 1564. Regni vero nostri Anno 34.

Sigismundus Augustus Rex.

Ad has literas Conventus noster Regi per Nuntium ejusdem sic respondit.

Sacra R: Mtes. Domine, D. Princeps et Patrone gratiosissime. Deuotarum Orationum, et humillimi obsequiorum debita commendatione. Literas S. R. M. Vrae Dni nostri Clementissimi, per Illustrem Andream Comitem de Gorka, Nuntium S. R. M. Vrae nobis traditas, cum ea qua debemus reverentia, recepimus, quibus, quod M. Vra R. nos cohortari dignata est, ut ob senium R. D. Abbatis nostri, opportune, eo vivente, Vnibilem D. Stiborium Krzyżowski, Scholasticum Wladislaviensem, ac S. R. M. Vrae Secretarium, in futurum Abbatem nobis deligeremus, ac designaremus. Super quo S. R. M. Vra Dominus noster Clementissimus, sive dignetur, primum, quod ipse R. D. Abbas noster vivebat, non vocq adeo senex aut annosus exiſtit, vt non possit officio suo satisfacere: gratia enim DEI ipsum adjuvante, est firmus, et bene valens ad regimen nostrum, ac totius Ordinis sui,

Sui, aveo, ut etiam Coadjutorem neutiquam indigeat; antequam, olim Patres nostri, longe seniores, et etate provectiores extiterint, quam nunc est ipse, modernus Abbas, in Abbates suos antiquitus sibi eligere consueverant, quippe septuagenarios, vel ad minus sexagenarios. Et illi quia, veluti legitime, et Canonice electi, longos satis annos supervivebant. Preterea cum Sacris Canonibus, et Regule nostre preceptis, id omnino sit prohibitum, in hoc Ordine, ne alij in Abbates eligantur, quam illi, qui diutius Regulam professi, et habituati, in suo Ordine, tam in vita, quam in alijs Monasticis moribus, bene probati fuerint, ut merito Congregationi Fratrum sibi comisse utiliter prefici, ipsamq in Sancta Observantia, ipsi quoq semper prodentes, regere, et probe instituere possint; nec alio tempore eligi possunt, aut debent, quam Abbatia, per cessum, aut decessum vacante. Quam quidem Regulam, cum nos omnes, et singuli solennitèr jurati, et professi, aliter, absq gravi salutis nostre periculo, mutare, aut transgredi nequeamus, nec liceat nobis, tam contra Canones, quam contra Regule nostre precepta, vivente vero Abbate, alterum eligere aut nominare. Quandoquidem expectatio futura successionis in Cathedra DEI, et presertim inter Monachos locum, nullo modo habere possit, nec debeat. Quare humiliter provoluti ad pedes S. R. M. Vre devote et obnixè, pro DEI nomine supplicamus, veluti Dne, et Patrono nro Clementissimo, ne nobis assiduis suis exoratoribus id imputare, nec ob id, nobis succensere dignetur, quod eumdem R. Stiborium Krzyżewski, Prelatum secularem, et secretarium S. Vre in futurum Abbatem, ob rationes premissas, nec eligere, nec nominare possimus, salva salute et conscientijs nostris. Quin potius oramus et obsecramus S. R. M. Vram Dominum et Patronum Nostrum Clementissimum, in Domino Jesu, dignetur nos humiles, et perpetuos suos exoratores, et Monasterium totum, semper, dante DEO, ab initio fundationis sue regulariter ventum, et sic conservatum, justa piam, et primeram fundationem, Serenissimorum Principum Antecessorum suorum in Ordine, ac finibus suis conservare, ac tueri, uti Princeps Catholicus, D. et Patronus noster Clementissimus, quod pro ejus singulari, et verè heroica ac Regia pietate, S. R. M. Vra faciliter non dubitamus, intuitu DEI Omnipotentis, quem nos, hic loci, pro felici statu Regio, ac dominio longevo assidue exhorreng. Dato: in Monte Luchin: Ao 1564.

Lector

Praeter has Literas Congregatio nostra, quaedam puncta Nuntius Regis, in scripto dedit S. R. Mti ad plenioremm informationem proponenda: quae Nuntius Romam habendus accepit, eaque ferens, se in eo negotio urgendo, operam lusisse. Sed quae nitris sint prolixa, et ejusdem pene argumenti, cujus et Superiores Literae, non putavi hinc inserenda. Sequuntur

Litera Petri Myszkowski, Vice-Cancellarii Regni, in eadem causa ad Abbatem.

Reverendissime Domine, et Amice, &c: &c:

Quanto hunc impetu Ordo Equestris, in Ordinem nostrum Ecclesiasticum feratur, non ignorat procul dubio, D. V. Nam ut cetera omittam, hoc etiam urget, ut bona Monasteriorum, aut in defensam Regni convertantur, aut Monasterijs tales praficiantur, qui et Regi obsequijs, ac legationibus suis, ac functionibus obeundis, digni habeantur: quod quidem, tanto studio duo isse urget, ut metuendum sit, ne bona Monasteriorum in discrimen aliquod deveniant. Cui rei S. R. M. pro sua divina clementia, obviare cupiens, statuit homines idoneos, authoritate, potentia, gratia, amicitijs, et generis nobilitate, claros Monasterijs praficere ut vel hac ratione impetum hunc avertere, aut compescere posset. Quo Monasterio Lubinensi etiam prospicere cupiens, R. D. Albertum Grzymultium, Scholasticum Vladislaviensem, et hominem singulari virtute, et prudentia praeditum, Successorem Rdae. D. Vrae designandum esse existimavit. Quem, cum ego etiam, multis de causis, amem unice, virtutes ejus faveam, non rogandum solum, sed monendum potius Rda Dnationi Vrae duxi, ut Monasterio suo adhuc vivens prospiciat. Prospicere autem melius non potest, quam si hominem hunc, tam idoneum Successorem, vel potius laborum, et curarum suarum Sublevatorem, sibi adsciverit: cui in eo se voluntati S. Regiae Mtis accommodaverit, de qua ex Illustri, et Generoso Andrea Comite de Gorka Rda D. Vra cognoscet fusius, cui, et ego quae cetera in eodem negotio Rdae D. Vrae referre commodi. Cui verba mea referenti, ut R. D. V. fidem habeat, rogo. Valeat Rda D. V. Feliciter, et Amicus,

6. Januarij 1564.

Petrus Myszkowski, Vice-Cancellarius Regni.

Eidem

Eidem Abbas sic respondit.

Reverendissime Domine, D. gratiosissime.

Obsequiorum, ac devotarum nostrarum Orationum, debita commendatione premissa, erga R. D. V. Patronum gratiosissimum, salutem &c. &c.

Veniens ipsius, nuper, his diebus Illustris, et Magnificus D. Andreas Comes a Gorka, Nuntius, per S. R. M. ad nos missus, reddidit mihi literas, R. D. V. quibus me solicitare, et justis rationibus persuadere dignata est, ut Rdu D. Stanislaum Krzyłowski Scholasticum Vladislaviensem, Canonicum Cracoviensem, tac S. R. M. Secretarium, ipse ejusdem, in Coadjutorem, et Successorem meum, ad hanc Lubinensem Abbatiam, mihi adsisterem, justa S. R. M optionem, per eundem Illustrem Comitem à Gorka, tac demum per literas ad nos demandatas. Et siquidem Animarum Dne, et ipse quoq palam agnoscam, et sentiam hac presentanea via, totius Gens Ecclesiastici Ordinis, super nos, penè omnes Ecclesiasticos, præcipuè vero in Ordinem nostrum Monasticum, justo fortassis Judicio Divino, ob peccata nostra, his turbulentissimis temporibus, passim tumultuariè ingruisse, pro quibus sedandis, primum equidem Divinum auxilium implorandum est nobis in Communi; nihil enimvero Illo freti possit, ac deinde humanis suffragijs, et consilijs adnitendum. Ego tamen, quantum in me est, privato homine, non recusarem in hac parte, sequi consilium R. D. V. existens ipse quoq diversis turbationibus mentalibus obnoxius; si id salvis Canonibus Sacris, ac Regulæ præceptis, quæ ego illibatè, ac perpetuo servare voti, justè, et secundum DEUM facere liceret. Verum tamen hæc omnia districtè prohibent, futuram successionis in hoc Ordine nostro, nominationem, vel promissionem fieri, ullo modo, præsertim de Abbatijs non vacantibus, quæ ego absq gravi scrupulo,

scrupulo, et periculo salutis meæ, et scandalo totius Ordinis in hac parte violare seu transgredi neutiquam possum, neq id decreet, ut à me aliquid insolitum, et inauditum, contra Institutà totius Ordinis nostri inchoari, quod absit, debeat, cum mihi jam seni aliud non liceat, quàm ea quæ sunt Ordinis summa observantiâ pro Officio, et pro viribus meis, in vita mea tueri, et custodire, sicut ad id, nedum in Professione, sed etiam in consecratione mea Abbatiali, sum specialiter adjuratus, sub gravi anathemate, et obligatus, et quia etiam Fratres mei, quorum est Collegium non exiguum, alij enim pro diversas Præposituras, procul à Monasterio consistunt, hanc ipsam Coadjutoriam inauditam, et in Regula prohibitam, de eadem Dño Scholastico constantissimè renitantur, veluti de seculari, et extraordinario Prælato, illis plane ignoto, nec cum illis unquam conversato, aut habituato, quos etiam ipse, si maximè velim, cogere, vel datare nequeo, ut electionem de futuro successore, contra ordinationem Regulæ suæ faciant, ipsi enim ut sunt, in hoc Monasterio Regulæ studiosi, et observantes; ita sunt in ea re, duri et inflexibiles, et quod etiam non ad me, sed ad ipsos solos, electio hujusmodi pertineat, quam se nullo alio modo facere, vel convocare posse dicunt, quam Abbatia quomodocunq; vacante. Quare ex his cautis legitimis R.e D.V. Dño et Patrono meo gratiosissimo humiliter supplico dare dignetur R. D. V. veniam gratiosam, mei, et ipsa apud se pro excusato habere, et coram S. R. M.te excusatum fuisse, clementer dignetur, de hic, quæ mihi nullo modo, salva salute, et conscientia meis, facere licet: attamen sunt decessum meum, potuerunt ipsi Fratres, se in hac parte voluntati S. R. M.tis, conformare, et eligere eum, quem velint, protestate ad id legitima, ex prescripto Regulæ, pro ille vide habita. Commendo me tandem humiliter gratiæ ac protectioni R. D. V. Domini mei gratiosissimi, ac cæli diu valere, et in dies feliciorem in Dño fore precor. Datæ in Monasterio Lubinensi.

Paulus Chwynski Abbas Lubinensis.

Litera R: Stiborji Krzykowski ad Chwynaicium Abbatem, in negotio Coadjutoriæ.

1 Quæ

Rnde Domine, et Frater &c: &c:

Cum ita visum fuisset S. R: Majestati, Domino meo Clementissimo, me non ambientem, verum reluctantem etiam Successorem R.P.V. in Abbatiam Lubinensem designare, quamvis me huic muneri sustinendo, his presertim turbulentissimis temporibus, imparem esse sentirem, tamen indignum videbatur, me in eo voluntati S. R. Majestatis, imo verius Vocationi Divinæ, in cujus manu cor Regis est, repugnare. Itaq. acquievi in eo Voluntati Regiæ, quod quidem necessario significandum R.P. Vræ existimavi, atq. petendum, ut me forsan, sibi ex fatuæ ignotum, jam pro filio, et servitore agnoscat, atq. ut ne in eo negotio, Voluntati Divinæ, et Regiæ repugnare velit; quin potius, si quidem id, cum bona illius gratia, fieri poterit, me sibi in Coadjutorem adsciscat; quod si fecerit, R.P.V. spero, quod non male, et Suis, et Monasterij rebus prospiciet. Nam et gratiam S. R. M. ea re sine dubio, sibi demerebitur, et Monasterium suum, ab injurijs et oppressionibus, Majestatis Suæ patrocinio, auctum facile vindicabit. Me autem Servitorem, tanquam filium obsequentem, et in hac provecta ætate, senectutis suæ baculum, habebit: quandoquidem in ulla re, ego molestus esse R.P.V. volo, verum serviendo hic in aula, quicquid mihi mandatum à R.P.V. fuerit, exequar diligentissime, rebq. omnes et negotia, illius Monasterij Summa fide curabo. Cum autem de voluntate R.P.V. cognovero, ad eandem, cum fuerit, adibo, atq. Regulam illig Monasterij, et habitum suscipiam. Interim, ut eo honestius, hic in aula versari possim, juvabit me, si ita videbitur, R.P.V. stipendio aliquo sibi tolerabili, et ego hic in aula, serviam R.P.V. et pro illius longevissima senectute, DEUM exorabo. Qua in re Illustris Andreas Cortes à Gorka meo nomine fusius aget, cui, quin fidem sit habitura indubia, sibi non dubito, ita ab ea majorem in modum peto. Tandem me R.P.V. gratiæ commendo. Varsaviæ 6. Januarij, 1564.

Stilvirius Krzykowski.

Responsoria Abbatis ad R: D: Krzykowski.

Rnde

Inde Domine, ac fautor gratiose. Salutem &c: &c:
Litere R. D V.ae per Magnificum D. Andream Comitem à Gorka
redditæ, mihi sanè gratissimæ fuerunt. Etsi R.ma D.V. ejusdem litera
mihi insinuaverit, se à S. R. M.te in Successorem meum, nominatu
et designatum in hac ipsa Abbatiâ Lubinen, hoc tamen parum me contur-
bat: Tum et ipsam Abbatiam, ipse, ut reliqua omnia, suo tempore de-
serere instar aliorum mortalium cogar, et alios, post me succedere, in
eandem, necesse erit. Quod vero R. D. V. optat, ut eandem, in Successorem
et filium meum reiperem, id omnino, per quam lubens faverem: Si ali-
quando R. D. V. more aliorum Monachorum, filiorum, et Confratrum me-
orum, derelictis illis, quæ in mundo possidet, in hoc Monasterium nostrum
venire, ac se, pro hujus Regulæ nostræ exigentia, Obedientiæ Sanctæ Regu-
lari subjicere, ac eandem profiteri, et habitum Monasticum assumere dignata
fuerit. Nam quamdiu aliquis quidquam possidet in mundo, sive sit illud
Ecclesiasticum, sive seculare, tamdiu non potest esse in Monachatu perfecto
discipulus. Sic et Apostoli, et alij quam plurimi, omnia deseruerunt pro
nomine Christi, et ipsum solum secuti sunt: Hæc si R.ma D. Vra fece-
rit, Spiritus DEI instinctu, tum verum Monachum se probabit, ac sic Di-
vina plane Vocatione, suo legitimo Prælatu, opportuneq in Abbate, eligi poterit.
Nam aliter nec vocatio legitima, nec Voluntas Divina, nec electio Canonica
aut salutaris fieri, aut hucusque dari poterit; nunquam enim se hæc ad invicem
compatiebantur, ut silicet quis Prælatus seculasis, in Aulis versatus, et
Abbas Regularis, simul, et semel fieri poterit. Porro unum est necessa-
rium. Quandoquidem Monachi semper præsentem Abbatem in Monaste-
rio requirunt, juxta Regulæ Sæ traditionem. Nec dubito quin Deus
Omnipotens, qui est hujus Ordinis Protector, mentem R.mæ D. V.
aut ad perfectionem Vitæ Monasticæ inflammabit, contempto seculo: vel
eandem in sua Vocatione, juxta doctrinam Apostolicam permanere faciet,
absq Fratrum hujus Ordinis, Regulæ Sacræ observantiorum, quod
absit, turbatione, vel dispersione. Sed cum jam R. D. V. sit Divino
auxilio, ad tantas Ecclesiasticas Prælaturas, et in numerum Regiorum

Secretariorum

Secretariorum, relata sit, potius censerem et faverem, R.D.V. legi-
timo processu, Episcopum fore, quam quod extraordinario meo, Abbas
vel Monachus, in admirationem, ac derisum mundi fieri debeat, ut nunc
est monachatus, hominibus mundanis spectaculum et abjectio plebis, licet
heu sit gloria nostra. DEUS autem omnipotens, qui est scrutator cordium,
Ipse R.D.V. eò dirigat, ut ea perfectè sequatur, quæ non nostra, sed sibi
sit, et in futuro salutaria, fore possint, cum nullam commutationem, pro
anima sua homo dare possit, et universa mundi lucretur. Mihi autem
jam seni, juxta Canones Sacros, et præscripta Regulæ, id sit R.D. Vræ
non licitè fieri posse, citra gravem scrupulum Conscientiæ, salutis, Regu-
læ, ac juramenti mei, transgressionem, ut illam, vivens, in Coadjutorem
ac Successorem meum, quem R.D. Vra capit, nominare, aut designare
debeam, cum id sit sacris Canonibus, ac demum in Regula nostra di-
strictè prohibitum. Nam et et illi, qui in eorum Sacerdotium succe-
runt locum, eò ipso juxta Canonum decreta, sunt a Communione Ecclesiastica
pellendi, quod se passi sint, Successores eorum Sacerdotibus adhiberi, et
illi qui duci fuerint, Successores sibi in Ordine nostro, carnali, aut munda-
no pacto nominare, juxta Regulam nostram, suspensionis, et anathematis, pœ-
nam, ipso facto incurrent. Nam exspectato futuro Successorio, in Ecclesia DEI,
maximè inter Monachos locum habere nequit, nec electio potuerit fieri Ca-
nonica, præsertim in Ordine nostro, aliter, nisi Abbatia per cessum, vel de-
cessum vacarde. Mihi vero aliud non licet juxta Regulam, quam sic in
vocatione mea, quamdiu vivo, DEO me adjuvante, permanere, exemplo majo-
rum meorum. Post decessum autem meum, eligant Fratres, quem velint,
cui ipsos enim, non deum, electio Canonica pertinet, ac quem faciendam,
sicut ego eos cogere nequeo, ita et ipsi eandem, neq convenire, neq facere se
posse dicunt, contra Regulæ suæ præcepta ullo modo, altero videnti, alijs
quoq senioribus Patribus, Præpositis, Ejusdem Ordinis, qui in diversis lo-
cis, ac Diœcesibus, agunt, intonsuris. His igitur justis, ac legitimis ra-
tionibus obstantibus, parcere, rogo, et pro excusato me habere, Rma
Dominatio Vra, Dominus et Factor meus, gratiosus, dignetur, quem
Eundem, in Coadjutorem meum, Regula, et Fratribus meis, sic vela-

mantibus.

mantibus, juxta petitionem ejus, nec admittere, nec nominare possum. Nolem enim in hoc delicio vitae meae, tali nomine decidere, ut hic Monachi Coenobij hujus, tanti criminis annoare, vel damnare in futurum debeant quod ego, Coadjutorias ejusmodi, in Ordine nostro inauditas, et prohibitas, inniterem, in malam aequelam, et jacturam ipsorum, et Monasterij ruinam inde secuturam. Me interim, commendo gratiis Rndae Dnat. Vrae Dat. in Monasterio Lubinensi.

Paulus Choynacki Abbas Lubinensis.

Repulsam hanc Krzyłowius, mensis circiter Sex, silentio prosit; Unde Choynacius, ac si jam victoriam portam, manibus teneret, nihil sibi ab eo pertimescendum putabat: Sed is, paulo post, ex insperato, novo in illum, fuit insultu; per Jacobum Rokossowski, Subjudicem Posnanien. ac Telonearum Regni Praefectum, sua opera, ad Abbatem, et Conventum in Causa eadem a Rege, cum literis, nuntium misisse. Exposulabat iis Rex, quod primis ejus mandatis, sibi per Andream Comitem de Gorka, proposititis, parere renuaverint, protestatus se, si: ubi rebelles esse perquirent: si designatum, semel, Abbati, Successorem, gratia sua tuebi non desituum. Porro Abbas, cum Fratribus, supplici per literas responso, petierunt a Rege veniam, negati a se conscibus Krzyłowio, non teneri, aut per contemptum Sua Majestatis, sed quod id sacri Canones, et Regula Statuta, fieri vetent; obnixe interim, a Sua Majestate postentes, ne iis tabi mandata imponere dignetur, quae per illos, sine conscientiae dispendio praestari non possunt. Elapsis postea, aliquot septimanis, alias literas, per praedictum Subjudicem Rex scripsit Abbati, cooptationem Krzyłowij ferventius urgens. Abbatem vero, si mandatis suis, morem gesserit, securum esse jussit, de professione Abbatiae, ad extrema vitae tempora, pacifice retinenda; ac de bonis Monasterij, a quibuscis injurijs, ope, et patrocinio Regio, una cum ipsis tuendis. Quibus literis, Abbas respondit, submissas agens Regi gratias et simul opponens contagium pestis, quae prius Vratislaviam, Bydgostiam, Gnesnam, Posn, et Lubinum, cum totis sibi civitatibus, infecerat, ob cujus periculum

nec ipse tuto,

nec ipse tuto, ad Monasterium audere, nec Prepositos, extra Claustrum degentes, qui potiores in electionibus, partes obtinent, ullo modo, convocare possit. Adjecit, quod sibi cum Fratribus, non sit integrum, de negotio hoc novo, et arduo, inconsultis majoribus, quidquam definire, petijt, pateretur illud, Sua Majestas, ad Synodum Provincialem, proxime celebrandam differri. Quae ubi ea, citra invidiam, pro parte Krzykouij, consilij posse deliberari, libenter se, in Suae Majestatis imperium, iturus.

Promptum huic Abbatis, et Fratrum, animum, Rex, libens audijt; Quare, paulo post, nuntium suum, Andream Krajewskij, Archidiaconum Cracoviensem, et Secretarium suum, cum Litteris, ad Abbatem, et Conventum, ablegavit, scribens, gratum sibi esse, quod jam tandem, saniora consilia capessentes, mandatis suis obsequi velint. Id unum superesse, ut post tanti temporis moram, electionis diem audiendi curent verbaque, factis comprobent. Si parent; cessurum id, in levamen laborum, Abbatis, ac totius Conventus commodum, et ornamentum. Celebrabantur tunc, Petricovie, Regni comitia, quibus etiam Hosius Cardinalis, Episcopus Varmiensis, presens adfuit. Suum huic, et is, a Krzykouio exoratus, contulit Symbolum, apud Abbatem, causam ejus, diligenter promovens, literis in hunc modum scriptis.

Litera Reverendissimi Cardinalis Hosij, Episcopi Varmiensis, ad Abbatem pro Krzykouio, in causa Coadjutoriæ.

Reverende, ac Religiose Pater, nobis in Christo charissime. Salutem.

Reverendus D. Stibonius Krzykowski, Scholasticus Vladislaviensis &c: petijt a nobis, quamdoquidem, à Majestate Regia nominatus est Abbas Lubinensis, qui suo tempore, Patronatui Vestro, in ea functione, quam nunc gerit, succederet, et literas habet jam, ea de re expeditas, ut eum, illi commendaremus, quo favore

illig

illius adjutus, possit ad Abbatiam hanc, citra difficultatem aliquam pervenire, Vestrae Paternitati, per occasionem subvenire. Est is vir pius, et multis à Deo dotibus ornatus, et inprimis charus R. Mstì, simul, spopondit se paratum esse, et institutum Vestri Ordinis profiteri, et ad Regulae praescriptum vitam ducere. Nunc autem Paternitatis Vrae Advium necessarium sibi esse animadvertit; nimirum, ut Eum Coadjutore sibi designet, et à Fratribus legitimè eligi, curet. Quare Paternitatem Vestram rem videat, horum temporum, quanta sit iniquitas, et quam perturbatus rerum status, ut ei potius, quam alteri secundis favorem suum impertiat, quò possit, id quod desiderat, ope illius adjutus, consequi, ne quis forte alius superveniat, vel secularis, vel minimè Catholicus, qui bona Monasterii occupet, et Sanctum hoc Ordinis Vri institutum pessundet. Ea igitur in re, Dne Krzyłowski, minimè difficilem se praestare velit, rogo. Faciet mihi Rnda Paternitas Vra rem gratam, et per occasionem compensandam. Quid reliquum est, Rndae Patrni Vrae optio diu esse incolumem, et felicem. Datae Petricovii, in Comitijs Regni 8bris 1565.

Rndae Paternitatis Vrae Frater in Christo

Stanislaus Hosius Cardinalis.

Junctae erant huic Epistolae, Myszkowski Vice-Cancellarii, et ipsius Krzyłowski literae, in eadem negotio, ad Abbatem destinatae; sed nullae earum suum sortitae sunt effectum, Abbate ac Fratribus, tenaciter in sententia persistentibus. Krzyłowio verò, nec responsum, ab Abbate datum. Sed ille sinistrè interpretatus, Abbatem apud Regem accusavit, quòd mandata Suae Majestatis, vana cunctatione, jam ultra annum retardaret, ejq; Regem precibus flexit, ut iterum Subjudicem ad Abbatem, et Conventum, in causa ejus abtegaverit, cum mandatis, et literis, quarum exemplar hic subjicio.

Venerabilis ac Religiose devote Nobis dilecte.

Jam

Jam satis superq, et per literas, et per Nuntios, in negotio Venerabilis Stanislai Krzyłowskii Secretarii nostri, cum devotione tua egimq, quae tamen, nihil aliud, quam Verba, et excusationes quasdam inanes, nulla dignitatis nostrae Regiae habita ratione, nobis dixit. Ad extremum itaq; mittimus adhuc, ad devotionem tuam, Generosum Jacobum Rokossowskii Subjudicem Posnaniensem, cum certis, et finalibus mandatis nostris, cui ea referenti, ut devotio tua fidem habeat, serio mandamus. Datt: Petricoviae, 15. Mensis Aprilis; Anno Domini 1565.

Sigismundus Augustus Rex

mpp.

Redditis his literis Nuntius, simul etiam quae accepit, Regis mandata, coram, ex ordine pandit. Mirari Sra Rem Mstem, quod, quinto iam requisitis, Abbas cum Fratribus, postulata ipsius, de assistendo in Coadjutorem Krzyłowscio, inanibus semper promissis eludere. Tantum Sua Majestatis contemptum, fieri non posse, quin graviter ferat, et suo tempore vindicet. Si sapiunt, justis ejus, jam tandem, se praestent obsequentes, ne exulceratum Principis animum, tam obstinata pertinacia ad aliquid insolitum, audendum, provocent. Addebat ad majus pondus, alias minas, quibus electionem Krzyłowscii, ab Abbate et Fratribus, omnino extorquere conabatur. Fuit vero decimus Miniterialibus Regni, et frequenti nobilium caterva stipatus. At Fratres comminationibus ejus, nihil territi, consensum Krzyłowscio, unanimiter denegarunt. Ad respondendum vero literis Regis, certum deliberandi spatium, ab eo impetrarunt: spondente se, ubi cognatos visitasset, infra quindenam, iterum, in Monasterio adfuturum. Sed cum causa forsan dissidens, promissis non stetisset, responsum Regi dandum per unicum ex Fratribus, Conventus nomine, in scripto miserunt: ipsum Nuntium, privatis literis sic allocuti.

Exemplar literarum Abbatis, et Conventus ad D. Rokossowskii Subjudicē Posnanien: Nuntium Sae Re Mstis, in Causa Coadjutoriae Krzyłowscii.

Generose

Generose Dne, plurimum gratiose, atq; colende.

Cum in negotio illius electionis, nomine, S: R: M: pro persona R: D. Krzykowji, nobis nuper per Dominationem Vram proposito, ad invicem tractaremus, et consultuissemus, collatis inter nos, diversis causis, et rationibus rerum, ac temporum, ac Sae Regulae nostrae, qua diudum obstricti sumus, et adjurati, Canonibus, et praeceptionibus inspectis, et revolutis, non potuimus alium modum inter nos invenire, secundum DEUM, et salutem animarum nostrarum, ad respondendu Votis, et mandatis, Suae R. Mstis, praeter hoc responsum, quod in scriptis, Vrae Dominationi tanquam Nuntio Suae R. Mstis per praesentium exhibitorem R: Stanislaum, secundum quod promiseramus, una, cum literis nostris, humiliter, ac reverenter remittimus. Supplicamus obsequi Dominationi Vrae, tanquam Dno nostro gratioso, dignetur nos Dominatio Vestra, latius, et prudentius, coram Suae R: Mstae in sua relatione, excusare, et adjuvare pariter: ne quid a Suae R: Mstae, nostrae, quod absit, temeritati, in hac parte imputetur, sed potius scrupulo gradi, conscientiarum nostrarum, ipsum imputetur: quod facturam Dnoni, Vrae in tuitu solius DEI, non dubitamus, pro cuius salute, et felicitatibus in Dno suae subditis, Dominum DEUM exorare studebimus. Commendamus nos interim gratiae Dominationis Vestrae.

A: 1565. Datae ex Monasterio Lubinensi: 1. Julij Anno 1565.

Literis his, inclusum fuit, sequens Responsum, ab Abbate, et Conventu Regi missum, per Nuntium, Suae Majestati oretenus referendum.

Quemadmodum Sacra R. Majestas, Dominus, et Princeps, et Patronus noster Clementissimus, dignata est, per Vram Dominationem uti suum Nuntium ad nos missum, nobis mandare, nosq; eo hortati, ut electionem, de Venerabili D. Sibonio Krzyżowski, Scholastico Wladislaviensi, Sacrae R: Mstis Secretario, faceremus, ac eundem

in futuram

in futurum Abbatem, et Successorem moderni Abbatis nostri eligeremus, et nominaremus. Ad legationem itaq; hujusmodi nomine Suæ Majestatis R. per Dominationem Vrã. satis dicte, et prudenter nobis dictam, et relatam, cum ea, qua majori possumus reverentia, et modestia, tale responsum Dominationi Vrã., tanquam nuntio Suæ Majestatis, damus, et remittimus. Quod electionem hujusmodi, nunquam ab initio auditam, imo in Ordine nostro prohibitam, vivente altero Abbate, nec Abbatia vacante, de altero quopiam, nobis, secundum DEUM, et Regulam nostram, facere, nec utiquam licet, salvis juramenti nostris, clausis etiam infrascriptis apostè obstantibus.

Primum. Quod ad electionem faciendam, ante omnia, scientia, voluntas, et consensus Rndssimi Episcopi de jure communi, et consuetudine requiritur. Et ipse sua authoritate, Abbatia vacante, die electionis statuere, et indicere debet, et electionem mandare, ac eidem per se, aut suos deputatos Prelatos adesse debet, electionem factam approbare, et de electo Sanctæ R. M.ris fidem, et testimonium per literas dare, juxta Statuta Synodalia, et consuetudinem in hac Monasterio semper tentam, et observatam.

Item: Cum moderno Abbati nostro, de forma Regulæ nostræ, perpetuam Obedientiam, et adhæsionem juraverimus, sub anathemate animarum nostrarum, unde ab eo relaxari, nec eumq; desercre possumus. Nec alterum Abbatem, ipso vivente, nominare nobis licet: Nec duos Abbates, uno non nominatos, Regula nostra patitur, aliquin inde confusio, et desertio legitimæ Ordinationis nostræ, sequeretur.

Item: Electionem hanc de D. Krzyżkowski, facere nobis non licet, ut potè, cujus personam nunquam vidimus, aut cognovimus, vel in vita Monastica, aut moribus suis eundem unquam probavimus, nec vimus, ad quem finem spectet, in hac electione, vel quid animo intendat; an videlicet, velit in nostro Monasterio, vel in sæculo permanere, quæ ante ipsam electionem, strictè sunt ab eo examinanda, et exquirenda.

Preterea

Preterea. Cum abq aljis Fratribus, Prepositis, Ecclesiarum nostrarum Conventualium Rectoribus, ac Officialibus nostris, à Monasterio nostro, in diversis locis, procul degentibus, et absentibus, Conventus noster sit semiplenus, et imperfectus: ad ipsos enim primò, et principaliter, electio Abbatis pertinet; et ipsi primas sententias votorum in electionibus hujusmodi habent. Unde necessario expedit ante omnia, vt et ipsi ad Generale Capitulum citentur et convocentur, et vt ibidem, tam de electione hujusmodi, si quomodo fieri poterit: vel, an eandem nobis facere liceat, quam et de aljis rebus necessarijs, tractetur, et consulatur ab omnibus. Quod enim omnes tangit, ab omnibus approbari debet. Nam si nos absq; illis aliquid, in hoc temerè facere, vel statuere attentaverimus, meritò penas suspensionis, ac inhabilitatis, ac sententias excommunicationis, juxta Canones Regule nostre incideremus, ipso facto.

Et quia hec Capitulum Generale, pro Festo S. Martini, proximo, in ipso decursu triennij, juxta morem et preceptum Regule nostre, habituri sumus, in Monasterio nostro Lubiensi; nisi aliquod legale obstiterit impedimentum, ubi omnes Prepositi, et Patres Professi Monasterij hujus adesse tenebuntur: unde censeremus, vt eò quoq; ipse Venerabilis D. Krzykowski personaliter veniret, seq; in medio nostri ostendat; atq; notitiam nostri maiorem notitiam contrahat, animumq; suum, et mentem aperiat, et conditiones suas declaret, et rationes justas, justa juris Canonici, et Regule nostre exigentiam, habitum ineat; quonammodo in successorem futurum Abbatie hujus, coptari velit, et possit. Cum quo vicissim, pares tractatus, et rationes justas, humaniter facturos, et collaturos ad cujusvis nos offerimus; si aliquo modo, votis suis Rdo Abbati parere et condescendere nobis liceat, cum consilio et assensu, approbationeq; Rndssimi Episcopi Posnaniensis, vti de jure, et secundum Regulam nostram fieri debet. Nam sine his conditionibus prescriptis, nihil tale nobis facere licet, citra grave periculum animarum, et prevaricationem Statutorum Ordinis nostri. Quam enim commutationem homo dabit pro anima sua? vel quid prodesset nobis id, vt mundo et hominibus placere studeamus, animarum vero nostrarum, detrimentum patiamur, quod absit; Sit et R.D. Krzykowski, taliter

electione

electionem suam fieri soliciter, ut secundum DEUM, legitimè, et Canonicè coptari possit, et non per vim, aut per fenestram, sed per ostium, servatis de jure servandis intret, ne per hoc DEI offensam, et vitæ abbreviationem, sibi ipsi conciliet. Supplicamus itaq; Dominationi Vrę Domino, et fautori nostro gratioso, efficiat hoc, apud suam Regiam Majestatem, ut pro sua prudentia, et Religione Christiana, causam hanc nostram justam, considerare, et agnoscere, ac nostram excusationem, quam Suæ Regiæ majestati, per Vestram Dominationem mittimus, clementer audire, et nos, nostrumq; Monasterium, penes antiqua jura nostra, justta fundationem prædecessorum suorum, retinere, tueri, et conservare dignetur, ut Christianissimo Rex, Dominus, et Princeps noster Clementissimus, pro cujus salute, et incolumitate longæva, ac Regni sui felicissimis successibus, nos Dominum DEUM exoraturi sumus, ipsi ad hoc ex fundatione perpetuò teneamur.

Itaq; humilem responsionem nostram, pro Religione nostra Monastica, factam, ut Suæ Majestati referre in rem nostram, ac nostræ simplicitatem, in hac parte excusare dignetur, eandem plurimum rogamus.

Sperabat Choynacius, adventurum Krzyżowicium, pro Capitulo Generali, invitatum, de conditiones, secum, et suo Consortio ineundas, quibus in suum Coadjutorem eligi possit. Sed is non comparuit; aliam fortium di voti sui, viam aggressus est. Decrevit, et in vulgus sparsi fecit, se, vacato, ac in bona Monasterii immisso Regis satellitio, consecutum ab Abbate, per vim exturum. Testantur id literæ, quæ mihi præ manibus sunt, a quodam Nobili, amico suo, ad Choynacium, rei hujus nuncio. Sed et informatio eadem in causa, ab Alberto Sadliński, Parocho Lubinensi, Notario Publico, Abbati Choynacio, Swięciechowiam, per literas missa, rei adstruit fidem, quæ talis est.

Albertus Sadliński, Præpositus Crivinensis, Ecclesiæ S. Spiritus, Parochus Lubinensis, informat Abbatem, ut sui rei, bonus sit Custos, contra Dominum Krzyżowski.

Reverende

Reverende Domine, et Patrone gratiosissime.

Bono, sano, et integro animo, in omnibus turbationibus, et adversitatibus eandem esse suadeo, et opto, Christo Domino adjuvante, in omnibus, et per omnia, qui potens est mutare, et confundere conatus, adversationes vestrorum, ne prevalerent super vos, quod, ut fiat, dicamus, Amen. Si quid vero, quod absit, moliti fuerint adversus Paternitatem Vestram, vel invenerint, testes adhibendi sunt fide digni, qui invasionem, et violentiam domesticam, et bonorum Ecclesiasticorum, adversus hunc ambitiosum Prelatum, suo tempore testificari possint. Non enim levis foret, inter Ecclesiasticas Personas, si, quod absit hujusmodi invasio, et violentia, attentari deberet in absentia Dominationis Vrae et ut Paternitas Vra suo previo, quin DEus avertat, deturbari debeat, quod utique, ego non spero futurum.

Licet id publicè passim omnes declament, et predicent, tum, et hi, qui heri sub Vesperam, Posmania advenerunt, nobiles. Spes tamen nostra omnis, in DEum M, cum oratione, in spiritu humilitatis, et animo contrito, reponenda est, et reponenda. Si tamen, aliquid, adversus Paternitatem Vestram, attentatum fuerit, hic primum inquirendum foret, ab illis, cujus nomine, et pro quo, vel cujus Authoritate et mandato id faciant. Et si hoc, ex voluntate, et consensu, ac potentiâ ipsius Dni Krzyżowski: ut tandem ipsi importuno, et ambitioso invasori, et competitori suo tempore, justa actio in foro competenti, pro violentia, et invasione publica, intentari possit, et ad terendinem extendendum, ob id ipse citari valeat. Vigilandum itaq; est, et insistendum rebus suis. Videat Anda Paternitas Vestra, quantum R. D. Abbas Lubensis, fuerit jam subsanatus, seu quia rebus suis, ope, et opera, ac impensis, non defuit, facile præsidium, et protectores nactus est, ut in aula omnia sunt venalia. Similiter et vobis faciendum erit omnino, si vultis strenuè evincere, et evadere adversarios Vestros; pulsandæ sunt fores Principum, imploranda auxilia, manus eorum muneranda. Sic itur ad astra. Quod, si domestiçis tantum Consiljs, et nostris causationibus inhæsering; facile labemur.

Vigilantibus,

Vigilantibus diaq, et non dormientibus, jura subveniunt. Sat sapien=
tis dictum. Quamvis domi numquamnam, pro furoribus nostris, quid haec
ad illos? Vana est omnis nostra sine viribus ira, aut tenacitas: etiam=
si ad extremam subunculam nos debeamus impendere: tuemi tenemur pro
vocatione nostra. Sed parcat rogo, R. Paternitas V.ra monitori sub be=
nevolo, quia non est malevolo, sed bono affectu, mea haec vota prodeunt.
Si quid tandem, quod DEus avertat, tale evenerit, sine mora, ad Re=
verendissimum Dominum Archi-Episcopum, aut Episcopos, praesertim
vero, ad suum Dioecesanum, vel ipsorum Camellanos, recurrendum erit,
et scribendum. Ad tandem, recommendo, gratiae Paternitatis Vestrae
et ut bene sit valens, a DEO, in omnibus, et per omnia, faustum
fieri affecto. Datae in Lubin, Anno 1565.

Albertus Sadlinski Trojan, Pra=
positus S. Spiritus Ecclesiae Cracovensis,
Plebanus Lubinensis.

Sed Krzyzkovius, paulo post, sua destinata mutavit. Verebatur
dubiam belli aleam, quod, et Choynacio, ad propulsandam vim, sua
quoq; praesidia, non defutura forent. Terrebat eum, et pestis periculum,
quae iterum hoc anno renascens, virus lethale, per pagum Lubin,
et loca sibi adjacentia, quaquaversum spargebat. Itaq cum tot ar=
cibus tentatis, praedam hanc occupare non posset, exspes, valere eam
jussit, alteri intentus, nec in posterum, Abbatem ejus nomine lacessivit.
Non tamen R.a Abbatis et Fratrum supplicii precc, flecti potue=
runt, ut a proposito desisteret. Nam Krzyzkovio, ad alium honoris gra=
dum evecto, in ejus locum, unum, ex suis aulicis saecularibus: quem
paulo ante, Hosius Cardinalis, literis ad Abbatem missis futurum
praedixerat: Pierzchlinskium substituit in Coadjutorem adoptandu.
Sed cum is conditionem, sibi, de monachatu ineundo, propositam, ac=
ceptare nollet, ad connubium aspirans, tali modo inter illum et Abbatem con=

venit.

Cierzchlinscius Regis Privilegio sibi in Abbatiam concesso, perpetuò renuntiavit: Abbas vero, eidem Villam Garby, ad extrema sua, ac futurae Conjugis, filijq; vitae tempora possidendum, de assensu Fratrum concessit, eidem oberit, certae summae pecuniae, Canonico nomine, Conventui nostro annuatim persolvendae. Sequenti anno Chrynavius, tria millia Florenorum, erasio Rej-Publicae intulit, ad stipendij retenti, mercenario militi, solutionem accelerandam. Adeo enim illius, Rex, continuo, contra Moschovitae Ducem bello, tunc exhauserat, ut ipsi Senatores, suapte sponte, inopiam ejus, de proprio relevarent. Quin et idem oneris, Abbatibus, ac caeteris ditioribus Praelatis, in Conventu Petrivviensi, imponere sunt aussi. Tantam pecuniae vim, Chrynavius, ad manum forte non habens, aliunde conquirere cautus est, ac ea de causa, consentiente Regio impetrato, Villae de Berke majoris, fundum, in summa mille quingentorum Florenorum, Hypotheae nomine, Redditus ejus, de Mörka Haeredibus, ad vitalitionem deorsum, obligavit.

A: 1566.

Aliud exemplar habet 2000.

A: 1567. Anno 1567. Albertus à Mozzionow, Praepositus Jezioviensis mortem oppetijt; sed Praeposituram, alieno aere, gravatam reliquit. In ejus locum, F. Lazarus Skwarski, consentientibus Fratrum Collegijs, ex Praepositura Stan-Gentinensi transfertur. At Uchanscius Archi-Episcopus, electionem hanc suspendendam censens, praesentato institutionis beneficium distulit, dum is, prius, de pensione Abbati negandâ, si Simoniacam, et illegitimam patare; Juramentum praestaret, Abbas vicissim, de non exigenda, cautionem faceret. Quo in negotio Archi-Episcopus, ad Abbatem praemisit literas, propria manu, in hunc modum exaratas.

Venerabilis Dne Abbas, Frater in Xto Charissime.

Recepimus literas Fraternitatis tuae, ad nos, satis prolixè scriptas; quibus nobiscum expostulas, quod pensionem, ab olim Praepositis Jeziovensi, illegitimè a tua Fraternitate exigi solitam, Simoniaco contractu, vocemus; Verum non sine ratione, et authoritate, id

nos

66

hos fecisse scias. Cenim Reverendissimum Brevorbium, Antecessore nostrum, compescimus contra Fraternitatem tuam juridice processisse, occasione pensionis hujusmodi, usq ad diffinitivam sententiam, que res, tam apud Nos, quam apud multos alios, vestram conscientiam onerare, ac bone edificationi, multum nocere videtur, provt hoc, ex ipso, prefate sententie exemplari, quod hic illi adjunctum mittimus, animadvertet. Preterea certo evocati sumus, Fraternitatem tuam, cum ageret Prepositum Cereviensem, pensionem prefatam, nunquam Abbati, et monasterio solvisse, et Prepositus novissime defunctus, ad eam se wactum fuisse etiam ante obitum suum, publice fatebatur, et semper de ea quesivit est. His itaq rationibus adducti; ipsi Fratri, quem nobis presentabant, plenamentum corporale, ut ejusmodi pensionem, illegitime contractam, Fraternitati tue, et Monasterio, solvere non presumat, injunximus: Et nisi quoq Fraternitas tua, eandem pensionem se eligere nolle obligaverit; Nos instituere ipsum presentatum ad Preposituram haud posumus: Sed de illa, juxta decreta Concilij Tridentini, alteri persone idonee, infra mensem, à data presentium elapso, providere conabimur. Debitorum vero per Prepositum defunctum, cum Ecclesia Cracoviensi, et aljis personis, contractorum, solutionem, ad minus saltem anni decursum, semper justas causas, et rationes, differri non patiemur; ita tamen, ut Fraternitas tua, ad hoc tempus, se, et suum successorem legitime obliget, in forma sufficienti, et authentica. Tandem Fraternitatem tuam optime valere in Domino optamus. Datū in Piotrkow, ultima Maji Anno 1567.

Reverende Fraternitatis tue,

Frater in Christo,

Jacobus Uchański, Archi-Episcopus Gnesnensis, et Regni Polę: Primas.

Postea vero Uchanscius, responso Abbatis, de hac Brevorbij diffinitiva sententia, per Apostolicos Commissarios, abrogata:

ipsaq;

ipsaq pensione admissa, plenius evolutis, decreto eorum acquievit; Prepositi-
tium quoq electum, professato juramento solutum, ad Ecclesiam Jerenien:
inaugurari justit.

Preter hec externa bella, domestici quoq motus, Abbatem hunc,
frequenter exercebant; nec sine causa: In probrandis enim rebus, quæ cor-
poris amictu, ac tuende valetudini, Fratrum, serviunt; officio suo decer-
tum interim propinquos, ex bonis Abbatiæ, ditaret. Addici de eo questi-
es, olim Seniores Patres, quod germano suo Mathiæ, sed decim millium
marcarum summam; quâ sibi Samovam Officium, cum aliquot pagis
comparavit, dono dedisset, pro vestitu vero Fratrum, per annos complu-
res, nec tenuium expendisset. Adde, quod Fratres condemnaret, eb in puni-
endis eorum delictis, studio affectui magis, quam rationi, aut consilio, obse-
quens; discretionis metas transiliret: bona Monasterij, obligatis quibu-
dam ejus pagis, deuastasset: erario Communitatis, auri vana fame la-
borantes, admoveret manus, quin nec depositis etiam alienis parceret.
Quibus alijsq de causis, decreto comprehensis, sepius privatim & frustra-
rum Conventum; Fratres, etiam ad Loci-Ordinarij subsellium trahebant,
Officij sui commonendum: Decq Episcoporum decreta, nihil pensi hab-
bens, et alia super alia, Fratrum gravamina, cumulantem, apud Gener-
alium Episcopum graviter accusarunt. Qua in re, authoritatem suam
interposituros, ad Monasterium de industria venit, et causa utriusq partis
audita, ac rite discussa, quod hic subjicio, decretum contra Abbatem tu-
lit, certis etiam pœnis, nisi eidem parerentur, affectum.

Decretum Reverendissimi Adami Konarski Episcopi Losnanensis, in Monasterio Lubinensi latum: Anno 1567. in Augusto.

Reverendissimus D: Adam Konarski Episcopus Losnanensis.
Perpendens, quod frustra esset leges condere, jura ac decreta promulgare,

nisi

nisi debitæ executioni demandentur: videns q temeritatem Rndi L. Pauli Choynacki Abbatis Lubinensis in contemnendis, ac rejiciendis mandatis, ac decretis suæ Rmæ Paternitatis, cum quo tamen si, ob id Sua Rma Paternitas rigidius procedere debeat, ac digna punitione in eum animadvertere, pro benignitate tamen sua; mitius cum eo agere volens decrevit peremptoriè: inhærendo primibus decretis in Visitatione Monasterij hujus Lubinensis factis: quatenus prædictus Abbas, hujusmodi decretis, et voluntati suæ Reverendissimæ Paternitatis, realiter, et in effectu pareat, et obediat, sub censuris Ecclesiasticis, et pœna mille florenorum Hungaricalium, irremissibiliter persolvenda.

Imprimis, Ut Vineam seu pomarium, cujus olim Fratres fuerunt ipsaisti Possessores, et usufructuarij, causâ recreationis animorum, eisdem Fratribus, et nunc restituat, et portam, per murum, eisdem aperiendam curet.

Ut bona Monasterij, arendata cuidam Nobili, contra statuta, et jura communia, eliberet, et pristinæ libertati, unio Monasterij restituat.

Ut, Cellarium, Fratribus liberum det, et faciat: Officiales quos, et quosvis Curatores, in eodem Monasterio, et intra septa illius, nonnisi Fratres Ordinis, et Monasterij sui habeat.

Ut pecuniam Centum Aureorum: et quinquaginta talenta, pro itinere Cracoviensi, ab eisdem exactos, restituat, et tradat eisdem.

Ut Angulum argenteum deauratum, ex cista communi Fratrum, acceptum, qui in signum datus fuerat, sexdecim marcarum, ad eandem cistam, ac thesaurum Conventus, restituat.

Ut Mille, et quingentos florenos, pecuniarum, numeri Polonicalis, ex thesauro prædicti Conventus, ad instantiam ipsius, et urgentem cum literis petitionem, ab eisdem Fratribus, nomine cujusdam mutui, extortos, eidem Conventui, hinc, ad decursum trium Annis, a data præsentium, sub pœnis prædictis, omni excusatione semota, det, tradat, solvat, et realiter cum effectu restituat.

Ut Claves principales, a cista magna communi, dicti Conventus,

et sexis,

et Seris, circa eam existentibus, Conventui, et Fratribus ejus, in vim custodiæ dat, et tertiam clavem, pro se, a cista eadem, vel à Serra, circa de Sero vel, et habeat, ita, ut communi consensu alterutro, videlicet Rndi D. Abbatis, et Conventus ipsius, dicta cista major, ad reliquas cistas, intra existentes, tempore suo, cum opus fuerit, aperiatur.

Interim vero Sua Reverenda Paternitas, præfato Conventui, et Fratribus illius, serio mandavit, et inhibuit: ut ex nunc de cætero, et in futurum, thesaurum Conventus sui, diligenter custodiant, et servent, nec ad quamcumq; instantiam, et petitionem Abbatis, vel alterius cujuspiam illud extrahere, et extrahere, inconsulto Episcopo suo, sub pœna excommunicationis, et arbitrio et sententia Suæ Reverendissimæ Dominationis, injungendo.

Ut derelicta omnia post Fratres quocumq; decedentes, ad thesaurum Conventus imponi, Dominus Abbas, ac tradat: vel si dicta mobilia ad servandum non conveniunt, ut sunt vestes, et alia his similia, inter Fratres ejusdem Monasterij distribuat, sine omni fraude, et dolo.

Ut Fratres Conventus sui, D. Abbas, favore et gratia prosequatur, nec austeritate, quam par est, in omnibus rebus, contra illos durius agat.

Ut Ædificia templi, et Monasterij, omnia restaurari, ac reformari, ne stillicidijs ruinam.

Ut victum decentem, præsertim diebus jejuniorum, præcipuè piscium valentium, butyri non potentis, sed, quod Vobis utilius, similiter, cæteris Fratribus tribuat, et conferat, nec propterea eosdem, contemnere se ostendat.

Ut quod antea fuit, Virum doctum, et in Theologia peritum, pro erudiendis Fratribus, in Monasterio habeat et foveat.

Ut Consuetudinem antiquam, per Antecessores ejus, et ipsum; in primo assensu, observatam, in dando pabulo, equis, Monasterij sui, Conventus, videlicet avenæ, et fœni retineat.

Quæ omnia et singula, supra expressa, laudata, decreta, atq; constituta Sua Rdsima Paternitas, per partes ipsas, id est Rndum Dnum Abbatem, et Conventum ipsius, in quantum interest, pro sorte unjusq; illorum, firmiter, et inviolabiliter, tenere, et observare, et fidem realiter, et in effectu, sine quavis contradictione, et renitentia, parere, sub pœnis

præd[ictis],

prædictis, mandat, ac decernit. Actum in Monasterio Lubinensi, anno, mense, Die, quibus supra.

Verax tamen, & quibus nonnulla jam, memorata sunt, in suo regimine laude digna gessit, quibus has maculas detersit. Nam sumptu, & opera sua, hoc Monasterium nostrum, muro in orbem cinctum ornavit, & ornavit. Ecclesiam Parochialem in Lubin, porretis in altum, & longum, ejus parietibus, ampliorem reddidit. Archi-episcopo Prevenbio, pagos Præposituræ Jeroviensis, Professoribus, & Gymnasio Cathedrali Gnesnen, inveterare volenti, murum se opposuit, nec cum voto suo potiri passus est. Bosnanie domo vetusti, quam pretio comparaverat, demolita, aliam, de cultis lateribus, usui, & commoditati Fratrum erexit. Prædia Abbatialia, novis ædificijs instruxit, quorundam ruinas refecit. Fuit alias industrius, et sagax Oeconomus, sed philargijria laborans. Corradendæ pecuniæ hatum dixisse. Nosocomio pauperum, Ecclesiæ S. Spiritus Gnesnensis, per Nicolaum olim Abbatem fundato, et successore ejus Laurentium censibus aucto, Præpositum præfecit, justo ei de bonis ejusdem proventu attributo, ac altari Parochiali, Sæ Mariæ Magdalenæ cum sua dote annexo. Provisorem, et Consules Swiecichovienses, quibinos de suo famulitio, nobiles, et urbis violenter extractos, publico carceri manu parandi, comprehendi jussit, pœnis ab illis sumptis, et juramento fidelitati exacto, ad officium reduxit. Civium Jeroviensium, tumultum publicæ, signo campanæ contra Præpositum, clientium, ac apud Regem multorum gravaminum, eundem insimulantium, sententiam cassigavit, et sub jugum arctius missos, Præpositi in posterum fecit obsequentes. Libros Veteris Bibliothecæ, novis emptis, auxit, nonnullos per amanuensem describi curavit, mediocriter ipse doctus, literarum tamen, et literatorum Fautor, et Patronus, id quod, et Latrum assertio, et sequentes Versus per quendam Collegiatum, sibi dedicati testantur.

Optime Mecenas, Choynacki Paule valende,
Huc salutatum, te mea musa venit.
Ah, cur non alios, sed te petat, anne rogabis?
Præpositi, est ratio, subjiciendo tuæ,

Tu Pater ingenuas, sincerè diligis Artes,
Ab nobem Musis, ex Helliore fave.
Et Virtute tua, magnas moderaris habenas,
Cœnobijq; pijs, candida sceptra gesis,
Nam post Intodzilowi funus, properataq; fata,
Imperium Abbatis, stetere digna tui.
Sed sunt Diuino, perfecta hæc, omnia, nutu,
Qui tribuit famulis, splendida dona suis.
Insidias varias, Vitæq; pericula vitijs,
Ipse tuum, Christus, vitæ tuetur, opus
Te Pater, a teneris, Christo deuouerat annis
Esto inquit, sumtus, victima, grata DEO,
Post Christi nomen, castus veneraue Sacerdos,
Et tibi sit Superi, maxima cura Jovis,
Quid referam, Virtus tua, quot monimenta, relinquat?
Tempore non ullo, diuperitura quidem
Colle super pulchro, structisti mœnia pulchra,
Hinc merito Abbatis, nobile nomen habes.
Posmania, haud parcè largitis, munera doctis,
O! Vtinam plures, talia dona ferant,
Commodius certè, Respublica nostra foret,
Et non dam, multo turbine, plena foret,
Si plaudant, toto gradantes, pectore, Musæ
Et pueros doceant, eruditq; tudes
Est aliquid flocci opibus, seu multa tenere,
Et aliquid dabis, dulcere, nomen, auo,
Nobilius tibi, sed dabit hæc, clementia nomen,
Sustentes inopes, si bonitate tua,
Quam mea, non potuit bonitatem, Musa fatere,
Digna Cani Virtus, dum generosa fuit,
Perge fouere Viros, ego Pater inclyte, doctos
Si tua facta vehet, nescia fama mori,

Sic Deus ac

Sit DEUS Omnipotens, multos tibi prorogat annos,
Sis vives felix, tempora plura, Senex.
Optamus, vivas longævus, prosper, et inde
Ad Cœlum facilis, nonnisi serus iter.

Tandem cum Annos undetriginta Abbatiam rexisset, diem suum obiit Anno 1570. In ejus Bonorum electione Fratrum, et Regis assensu substituitur. A: 1570.

Fr. LUCAS Kosielecki, Lyss: h: l: (66) Sub ejus præsidentia Villa Lubin, ac Parochialis Ecclesiæ superior pars, cum domo Parochiali, fortuito incendio, absumpta est. Anno 1576 Abbatia circiter sexennium administrata, cum Episcopatu Premysliensi, per Regem auctus esset, Prior cum Fratribus, novo Abbati eligendo, certum diem ab Episcopo præfigi curant, Præpositos convocant. Quo nuntio accepto, Kosieleciius, electionem præpediturus, germanum suum, frequenti stipatum agmine, ad Monasterium præmisit. Pars eorum, porta Abbatiali occupata, Præpositos, et quosvis forances Fratres, ad tu Claustri arcebant; alii, per Agros dispersi, subditos Monasterij, gravi, tributorum exactione, et rapinis expilabant. Quod dum in multos dies continuarent, nec ullus esset, qui vim ipsorum reprimeret, coacti sunt Fratres, supplici libello, Regis opem implorare. Lecto is, ad frenandam illorum licentiam, inhibitorium Mandatum, propria manu subscriptum, Conventui nostro misit, in hunc qui sequitur modum. A: 1576. (66)

STEPHANUS, DEI Gratia, Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Transylvaniæ;

Universis et Singulis, præsertim verò bonorum Ecclesiæ, ad Abbatiam Lubinensem, pertinentium, occupatoribus,

Gratiam Regiam.

Relatum est ad Nos Monasterium Lubinense, ejusq; bona, à certis Nobilibus subditis nostris, contra libertatem Ecclesiasticam, in derogationem Juris communis, occupata esse, armataq; manu ea detineri.

Nositeq

Nos itaq; cum simus Patroni, bonorum Ecclesiasticorum: de Lubinensi vero Monasterio statutis Regni, ita cautum sit, ut non alius, quam qui nostra voluntate sit creatus Abbas, in eo praesit. quod plurimum interest, non qualemcunq; personam, illi praeesse: mandamus his literis nostris, in universum, omnibus, et singulis, ut ab ejusmodi occupatione recedant, Monasterium, et bona illius, omnia libera, ita ut antea fuerant, sine mora relinquant, vitis literis his nostris. Datis: Bydgoszczi 4. Februarji, Anno 1577. Regni nostri anno primo.

Stephanus Rex Poloniae &c.

Interim Praepositi, qui pro electione, ad diem praestitutam convenerant, aditu Monasterij cluso, Dioec, ac plebis, aljs Patribus adsitis, in vicina Stanogostinensi Praepositura, electione instituta, Andream Chrzanowskium Praepositum Gezoviensem, omnibus votis, Abbatem dixerunt. Ab invito suffragio. Neq enim Rex assensum ei praebere voluit, obsistente Posnaniensi, ad legendum utrumq; beneficium, Romae, ut asserebat, dispensato. Post, anno sequenti, ex Premyslensi, ad Posnaniensem Cathedram translatus, cessu suo adunitae Abbatiae, Chrzanowio, opiam dedit. Sed ei Rex rursus obtrudere injecit, nominato quodam ex aulae sui Praelatis, Alberto Stanislaovio in Abbatem Lubinensem. Tandem Rex multis precibus, Domini Vice-Cancellarij, de domo Jarzynarum, causa Chrzanowij, cognati sui patrocinantis expugnatus: electioni ejus annuit. Stanislaovium vero, Episcopatu Chelmensi, qui tunc vacabat, contentum esse jussit. Voti compos factus Chrzanowius, paulo post per Joannem Wegorzewskium, Suffraganeum Posnaniensem, et Abbatem Premonstrensem, sacris Abbatialibus, in Ecclesia Monasterij ejusdem, praesente Episcopo Posnaniensi initiatur. Eodem anno creatur Praepositus Stanogostinensis F. Gregorius Stolecki; Quo tempore opificium Gostyni, binos Fratres habuit haereses, seu haereseos Lutheranae infectos. Ut vero illos quoq; sui similes faceret, Lutheri dogmata, per Petrum Praedicantem, in Ecclesia Parochiali spargi fecerunt; Sed paulo post, alter eorum, natu minor, Nicolaus Oppelius

Sandomiensis

Sandecensis, agnito errore, ad Ecclesiæ gremium rediit, quod ubi fecit, simul et Leto, in Ecclesia prædicandi, potestatem ademit. Movit ea res stomachum, ætate grandiori Joanni, insuviam hanc suam interpretanti. Igitur Sebio, cum Fratre expostulat, ex dimidia oppidi sorte, dimidium Ecclesiæ ab eo reposcens. Sed repulsam passus, quod privatis conatibus non poterat, aperta vi perficere labrat. Adfuit dies, qua ad Ecclesiam pergentis, fatetur, inter alios Prædicatores quos, Catheræ restituendos, comes adrepsit. Id ubi accepit Nicolaus, cujus ej, cum suo familitio, ad limen Ecclesiæ districto gladio, ferale amiculum induitur, occurrit: aversoq objurgatum, aditu Ecclesiæ arcet, sanctè Fratrem contestans, se prius cum eo duello, ad necem confligere velle, quam sineret, in posterum, Ecclesiam Orthodoxam, pestifera Hæreticorum doctrina, profanari. Voto suo frustratus Joannes, Prædicantem inde reduxit, et cum jam, Ecclesiam quoq B^ma V. M versus oppidum sitam, fingendorum laterum officinam fecisset, ad templum S. Spiritus, quod reliquum, in suburbio restabat, divertit. Hæc illuc, ponte sexis, per vim effractis, occupat, jus Possessionis Præpositi absenti, ereptum, Prædicanti tradit, ac demum, Ecclesiæ vicinam, Ædem incolendum designat. Graviter id accepit Præpositus. Nec mora: seipsum ad recuperandam Ecclesiam, ut erat Zelo DEI incensus, accingit; varios modos quibus sibi negotium, pro voto succederet, persecutus. Nam Joanne interea, fatis absumpto, conjugem ejus Annam, gente Bohemiam, ejusdem secta, per submissas personas, sæpius ea de re monitam, ac pro, per se in templo eodem, diuturnis verbis castigatam, capto sacrilego, abterrere satagit. Petrum quoq lupum, ovile CHRISTI invadentem, toties, Pastorali Cohortatione repressit ac Ecclesia ejecit: Et quadam die, ante oppidi portam sibi obvium, de ponte in fossam, præcipitem dedit. Ejus etiam instinctu, Ovis quidam Gostinensis, quod ex ejus filio Sacerdote, fide digno, certi didici, pedem suggessit, et quo dem Petrus prædicare volebat, clam sera subserabat; ita, ut vix, aliqua sibi porta cohæreret. Postero die, qui Resurrectionis

Dominicæ

Dominicus sacer fuit, Petras, nihil tale suspicans suggestum conscendit. Christi triumphum concione celebrare cepit, sed vix pauca prolocutus, et ecce subito cum suggestu, a pede avulso, deorsum prorupit ruens. Videndum se Catholicis propinavit. Sed cum hac via, nihil proficeret Prepositus, via aperta cum emulis decertare, sibi non integrum esset, ad juris remedia se convertit. Annam Viduam cum filio Martino, in judicium vocat, et post varia juris litigia, tandem Victor, Ecclesia e manibus Lutheranorum, vindicat. Ne tamen, illa, interea, damni expers fuit. Causa namq, per tot juris anfractus, in aliquot annos protracta, Annus, domos, et hortos ejus, inter auricas, et appatitores distrahendi spatium dedit. Quidquid enim fundi, hospitium, et pontem, oppidi porta contiguum, interjacet, totum ad juris, ac dominij, Ecclesie S. Spiritus, in eadem parte olim fuisse, a majoribus traditum est. Sed Anna, non multo post, balneans, subito, ac violento morbo percussa, et mox extincta, temeritati sue penas dedit. Filius quoq ejus Martinus, virilem non attigit etatem, immatura morte preventus. Circa idem tempus Andreas Opalinski, Regni Marescallus, Stanislaum Kiszewski, ex sorore nepotem, Religioni sacre in Cenobio nostro dicavit. Admissus eo, libentius, ab Abbate Orzechowio, quod se, imparem bonis Monasterij, contra repentium insultus, tuendo, sentiens, promptum sibi subsidium, ab ejus propinquis, qui tunc, authoritate, potentie, ac opibus multum valebant, pollliceretur. Quare hunc infimis, eodem anno, mox impatiens, ad Preposituram Jezeviensem post adeptam Abbatiam, cessu suo tunc vacantem, evexit. Deinde septimum post mensem, eundem sibi, in Abbatialis muneris partem, nomine Coadjutoris adsivit; Opalinio Marescalco, et Roseleio Episcopo, hanc ejus vestem texentibus. Dolenter id ferebant, Fratres, indignum censentes, adolescentem, annos vix viginti natum, et nondum probationis annum tyrocinio perfunctum, modo exemplo, ad honores immeritos sublimari. Nihilominus Opalinius, coptationem illam, Episcopi, et Regis assensu ratam fieri obtinuit. Ejus rei accepta per Fratres, fama, Nuntius Apostolicus, q. fuit is Episcopus Camerinensis, et Ordine S. Benedicti assumptus, Abbatem literis commonuit, ut ne, in eo negotio, in contempta Sede Apostolica, quidquam ageret. Fratribus quoq

scripsit.

scriptis, electioni illi, sanis Canonibus vetitæ, nullum darent assensum; si secus, in irritum cesurum. Literis illius, animati Fratres, majori quam antea libertate, negotium male transactum, oppugnant et resuscitare curant. Id ubi cognovit Episcopus, ad causam Kiszewji tutandam urgente Opalinio Marschalco, ad Monasterium nostrum, paucis comitatus, equitavit. Sed Abbas, adventus ejus præscius, quos ex Fratribus Kiszewiana factionis, noverat, de industria, extra Monasterium ablegavit. Pars reliqua adventanti Episcopo obviam ante portam Abbatiæ progressa, ea constantia promotionis Kiszewji intempestivæ se opposuit; ut justis argumentis convictum, et nec intra septa Canobji admissum rebus infectis, abire fuerint. Paulo post, didicerat Episcopus, vulgata per Nobiles fama, Monachos Lubinenses, Episcopi et Marschalci, importunitate avaritos, supellectili pretiosa templi, ac Kiszewjis elemosynis potioribus, asportatis, in alterius Canobji sedes, migrare velle. Offensum recenti repulsa, animum Episcopi, ea res, atrocius exulcerabit. Nec mora: Canum ex Canonicis, Jacobum Brzezinium, Juris Doctorem, literis comminatoriis instructum, ad monasterium nostrum destinat; specie quidem, tantam Fratrum perturbationem, s. ut asserebat se verendi; Sed verius studio Causidicæ Kiszewji, apud eos adjuvandæ. Adeunde id liquet ex sequentibus Articulis, de quibus singulos Fratrum, s. refractarios in Episcopi sententiam pertractatus s. stricte examinavit. Apographa de ejusdem, Visitatoris, dictographo, transumptos, tenui sector communico.

Propositio Rdi Dni Visitatoris.

Multa sæpe per Monachos tractantur, inscio Abbate, et forte etiam, contra ipsum D. Abbatem; Cujus rei providendæ negotium proprie ad officium, et munus, Illustrissimi Dni, Loci Ordinarii, pertinet. Neq solum consilia tractantur, et machinationes secretæ, inter Fratres suscipiuntur in Monasteriis; sed etiam per eosdem extra Claustrum, hinc, inde, per varia loca, divagantes, personæ secularis convitiantur. Et hæc omnia fiunt, absq illius, et consensu D. Abbatis, aut alterius Superioris. Deinde: Sæpe sæpius,

Monasterium

Monasterium relinquitur Fratribus vacuum; unde et negligentiæ intervenire necesse est. Quò verò, aut, cum cujus licentiâ discurrunt? Exemplum nuper, cum Reverendissimus Dñus Episcopus huc venisset. Spargitur per seculares Personas, et quidem nobiles, Fratres hujus Monasterij velle, relicto Cœnobio profugere, Privilegia efferre, et multa alia his similia, moliri. In hoc, cum, non advigilaverit, ipse Rndus D. Abbas, necesse est animadverti, a Reverendissimo Loci Ordinario.

Sequuntur Articuli, de quibus singuli Fratres seorsum interrogabantur.

Prima. Nomen Fratris, à quo tempore in Monasterio versatur, et utrum continuo?

Quibus diebus, et quam sæpe Capitula particularia celebrentur; an conveniantne omnes Fratres, hoc ea, et ipse, utrum omnibus interesse soleat?

Utrum sciat, Rdum D. Abbatem, satisfacere Officio suo: tam in spiritualibus, quam et in administratione temporalium, et num Capitulariter a Fratribus D. Abbas fuerit admonitus, de his, quæ ab ipso, circa bonorum hujus Monasterij, defensionem aut administrationem, requiruntur?

Utrum sciat esse à Rndo D. Abbate, electum, et pronunciatum Coadjutorem Abbatiæ hujus Lubinensis, Dñum Stanislaum Kiszewski?

Si quando fuit Capitulariter, inter Fratres tractatum, de Coadjutore hoc, si de alio eligendo?

Utrum D. Abbas, Capitulariter fuerit admonitus, à Fratribus, ne Coadjutorem admitteret?

Utrum D. Abbas, sive cum omnibus, in Capitulo, sive seperatim cum singulis, egerit, de D. Kiszewski in Coadjutorem sustipiendo, aut refutando?

Si noverit eundem D. Kiszewski, electum Coadjutorem, et a quo tempore?

Si sit, probasse illum Regulam S. Benedicti in hoc Monasterio?

Si solicitely

Si solicitatus fuit, ut in ipsius Coadjutoriam consentiret, et promiserit ne, an obtulerit ei?

Utrum sciat Rdssimum Episcopum, juxta Statuta Regni, et Provincialia, ex quibusvis causis, in predictum Coadjutorem, et Serenissimum etiam Regem consensisse?

Utrum sciat, et asseveret, Rndm D. Abbatis rationes, pro assumendo sibi Coadjutore, non esse veras, necessarias, vel saltem probabiles?

Utrum sciat extare aliquod jus, aut Privilegium in Monasterio per quod prohibeatur Abbas, casu necessitatis, coptare sibi Coadjutorem?

Utrum sciat, Regis, et Episcopi, consensus, ex rationabilibus causis, esse validos in Monasteriis?

Num, quid mali, vel quod non conveniat tali dignitati sciat, de Domino Kisrewski?

Utrum consentit in predictum Dnum Coadjutorem, et quibus de causis, non?

Utrum fuerit sollicitatus, ab aliquo, aut juramento obstrictus; ne in eum consentiret; et soluerit, an cum aliis simul?

Utrum velit contraire, juri, et consensui S.R. Majestatis, Kisrewio dato?

Utrum consenserit, in tractatus, vel sciat de conspiratione aliqua inter Fratres, tam in negotio Coadjutoriae, quam in aliis quibuscunq, sive contra D. Abbatem, sive contra alium Superiorem?

Utrum sciat de protestatione, aut consensum dederit Fratribus, hinc inde, hoc, vel aliis nominibus, ablegatis, ad implorandum auxilium secularium, contra Abbatem, aut Loci Ordinarium?

Num hoc vera, et explorata, certaq sunt, quae à Fratribus de Episcopo, et Marschalco tradita sunt, illos id agere, minio consensum extorquere, jura Monasterii destruere velle?

Num et ipse velit, cum aliis Coenobium relinquere, Privilegia, ac pretiosa templi efferre?

Utrum et ipse, auctor, vel saltem conscius fuerit, quod Rdssmg Episcopus, privatim ad hoc Monasterium veniens, non fuerit intromissus?

Annexa

Annexa his fuit, formula Juramenti, ad cujus præscriptum, quilibet interrogandus, negationis, seu asseverationis suæ, firmare coge-batur veritatem.

Et motus quidem illos, Visitator, authoritate sua, sedare potuit. sed constantiam Fratrum, in Episcopum potius, quam in Deum peccare mallentium, his etiam admotis machinis haud expugnavit. Quin et idem, paulo post, quosdam errores, circa præfatum Coadjutoriæ autum, comperios deprehendit, de quibus Abbatem literis præmonuit. Inprimis, quod ad electionem Coadjutoriæ, nulli fuerint Episcopi Commissarii adhibiti, nec ad confirmationem Episcopi et Fratribus ad minimum vini. Decretum quoq Episcopi nullis Capel: ut vocant: literis præmissis, aut postibus, quæ ad electionem, jus, et interesse habebant, auersitis, eadem in causa latum, nec in eo Kiszewius, Religiosus nominatus. Item, quod in ipso Coadjutoriæ Instrumento, nulla habetur mentio de proventu, seu aliqua parte bonorum Abbatiæ, Kiszewio nomine Coadjutoriæ, per Abbatem in possessionem traditæ. Denig quod tum electio, privata Abbatis authoritate, reclamante Fratrum collegio sit facta. Nam hoc fundamento male substrato, necesse est reliqua, tum à Rege, tum a Loci Ordinario in ea causa obtenta in Consistorio Romano, pro subrepticijs haberi, ac damnari. Unde Abbas animo consternatus, cum à Fratribus assensum, pro parte Kiszewii nullo modo obtinere posset; persuasus est ab jis compositionem illam, in præsentia Notarij publicè revocare, cujus rei instrumentum ab eodem confectum, in Archivo Monasterij asservatur. Hic jam Episcopus cum Marschalco, spe sua dejecti, recepta absistere cogebantur, benignioris fortunæ Kiszewium reservantes. Interea Kiszewius exacto probationis anno, ac voto stabilitatis emisso, Præposituram suam auxit.

Eodem tempore præsentia annua, per Czarnkowium olim Episcopum pro Collegio Labrancziano, ab Abbatibus exigi cepta, ad Seminarium Clericorum Posnaniæ erectum, et Patribus Societatis Jesu in regimen traditum, translata est, ac tam in summa pecuniaria, quam in legominibus aucta. Sed cum eam Abbates detrectarent, Kosicielscius Episcopus apud Chrzanowium, multis instantijs obtinuit, ut ad cæteros post se trahendos, primus ej subscriberet.

Jo vicissim

Is vicissim Congregationi nostræ, matri suæ gratificaturus, Provisores Seminarij ad ibidem Monasterij hostri Fratres, studiorum causa, ibidem hospitio, victu, et amictu providendos perpetuo adstrinxit. Et huic gratia cæteris Abbatibus, eidem tributo obnoxiis negata; ac Opalinij Episcopi tempora, Conventui nostro mansit integra: quâ et mihi, ante annos quadraginta, Superiorum voluntate, ibidem alumno, abunde perfrui datum est. Sed post migrante, ad Cathedralem Seminario, per Provisores ipsius, habitatem annonæ protexendos, unus ex Fratribus est exclusus, alteri vix locus relictus. Denique paucis interjectis annis, dum Superiores nostri, in Fratre eò destinando, longiorem moram trahunt, ac Divinitegium mutilatum urgore causant; integrum amittunt. Et tunc, nemini jam de Fratribus eò patet regressus, nihilominus, Abbate nostro, cum cæteris, idem pensionis jugum, frustra trahente, cui etiam Tribunalitia, Synodi debeto instituta, accessit.

Anno Christi 1581. Chrzonowius Abbas, Fratrem Stanislaum Kiszkowski, cum jam ex juventute, ad maturiorem ætatem enatasset; iterum in Sacrum Coadjutorem adsciscit, Rege, ac Episcopo ratum id habentibus. Exemplar hujus rei in archivo Monasterij reperiri tale.

Anno Domini 1581. 14. Julij. Andreas Chrzonowski, Abbas Lubinensis, convocatis Capitularibus Fratribus, proposuit ijs; quod licet ante annos aliquot ob adversam valetudinem, qua continuò conflictatur, nec non ob molestias, labores, pericula, quibus sustinendis, pro defensione bonorum Monasterij, non usq adeo se sufficere posse, animadvertebat; Venerabilem Stanislaum Kiszkowski, tum in Monasterio Lubinensi Novitium, præclara ortum familia, singulari pietate, et indolis prædictum, matura deliberatione, et consilio Fratrum habito, in munere Abbatialis partem, quantum ad defensionem bonorum spectasset, eundemq Verum, ac legitimum Coadjutorem, cum certa Abbatiæ successione, elegisse, tamen priusquam videret; prædictam suam electionem, adversis quorundam status, ac difficultatibus intricari, et impediri: neq plenum, ac debitum, hujus sortitam esse effectum, se vero in magno istius detrimine, defectus virium, constitutum sentiens; cupiensq turbas, motus, direptiones, si forte vita citius excederet, et evasiones earum tollere, primam Ordinationem suam, de Persona Fratris Stanislai Kiszkowski, hujus Monasterij, et de præ-

sens,

Præpositi

Crepositi Jezuiensis factam, reassumpsit, approbavit, ac eum ipsum ite-
rato in Alum verum ac legitimum Coadjutorem, de assensu Fratrum con-
stituit, et reassumpsit, cum certa, et non variabili, post mortem suam fu-
tura, ad Abbatiam praedictam successione, antedicte ad id S. R. Mtis
consensu, ac Reverendissimi Loci Ordinarii approbatione. Acta
sunt haec in Monasterio Lubinensi Ordinis S. Benedicti, Anno, Die,
A: 1501. Mense, quibus supra.

Cooptatio haec secunda Abbatis, et Episcopi, opera, et aliquot solu
Fratrum assensu, facta est, quos sibi Kiszenius privato studio, suffra-
gatores corruliarat. Plures vero, et si, senio, ac dignitate majores, pari,
ut antea libertate eam oppugnabant. Cum jam annuum circitor,
alternatio haec extraxisset, nec tam Kiszenius voto suo potiri posset, ut
Episcopus indigne ferens literas Circa, vulgo dictas, in vim citationis,
ad servandum suum Ordinem, praemisit, diem electioni in Monasterio
A: 1502. nostro celebrandae, Ao 1502. Octavam Junii assignans, ad quam
ipsemet de industria venit, ubi Priore, ac Fratribus convocatis, Capitu-
lum cum eis in Ecclesia celebravit: causas sibi proferi jubens, cur electio-
nem Coadjutoris Kiszenii, Suo et Regis calculo probatae, seditionis fac-
tionibus praepedirent? Cum Fratres Episcopo responsum negarent,
Abbatis absentium opponentes. Tum enim ager Pichowaro, curandae
valetudinis causa concesserat. At Episcopo reponente, Abbatis praesen-
tiam, pro tunc non requisivi, neque cum eo, sed cum solo Conventu negotium
agi: Priorem cum Fratribus in Sacrarium communicandi consilii causa,
secessisse. Mox, oppugnata a se Coadjutoris rationes, scripto productas,
plebliscito legi fecerunt: probantes eam esse illegitimam, et non solum Sa-
crorum Canonum, sed et Regulae, ac Regni statutis repugnantem.
Item Fratres Conventus hujus, nullo in subsidium Abbatis Coad-
jutore indigere, nec jis invitis, ab Abbate, aut Episcopo intrudi posse,
cum ad eos electio Canonica, de jure primi paliter spectet. Sed nec ali-
quod robur habeat, nisi in eam major, consentientium Fratrum numerus
conspiret. Simul demonstrarunt, Cooptationem hanc Kiszenii, paucorum
duntaxat Fratrum, quibus privatum commodum, bono communitatis
antiquius est, suffragiis dictam juste idcirco, a majori, ac saniori fra-
trum parte reprobari. Constituendum in Abbatem, debere prius vitae
Regularis institutum, cum votorum nuncupatione profiteri: proinde

Kiszenium

Kiszewium, nudâ tantum stabilitatis, non vero votorum essentialium Professum, munenis hujus esse incapacem. Exhibuerunt ibidem instrumentum provisionis Coadjutoriae, per Abbatem, coram publico Notario, ante aliquot annos revocatae, petentes illud admitti, et ad ejus normam, hanc quoj ex causis jisdem, nullam, et irritam declarari. At nihil impetrarunt. Nam Episcopus annuata Fratrum pertinacia, singulorum consensum, per viam Scrutinij, privatim exquisi mandavit. Sed hunc modum, Prior, cum Senioribus Suspectum habentes, nullâ ratione passi sunt admitti, modq provisionales de locis suis, Cathedrâ exciderunt. Et cum ab Episcopo revocati, iterum comparere nollent, tanquam rebelles, anathematis sententia ab eo feriuntur. At ij de gravamine protestati, ad subsellium Archi-Episcopi provocaruntj: D. Andreas Smigel, Prior: Franciscus Przemeslij, Praepositus Choynatensis; Gregorius Stolelij, Praepositus Starogostinensis; Martinus Malgowitanus, Parochus Woinicensis; Laurentius Wodzogowskij, Professi Monasterij hujus, atq ita rebus infecti Conventus ille solutus est. = Causa hac ex appellatione devoluta fuit, primo ad Consistorium Gnesnense, sed eam mox Karnkowius Archi-Episcopus, ad suum Judicium advocavit: qua rite examinata, et partium allegatis, Fratres culpa vacuos comperiens, nexu excommunicationis exemit, cooptationem vero Kiszewij, decreto suo irritam fecit, et nullam eam habere pronunciavit; ut pote primis palibus requisitis destitutam: Alter hic fuit triumphus de Coadjutoria Kiszewij, invicta Fratrum constantia, Piorum zelo, Quibus, reportatus. Quibus motus Kiszewius, quod antea detrectabat, Votis essentialibus Religionis, Professione Solenni, seipsum adstrinxit. Ac tunc demum, à toto Fratrum Conventu, electioni ejus libenter annuente; solemnitatibus ad id necessarijs Romae impetratis: verus Coadjutor salutatur. Abb. A. 1750
bate Chrzonowio, eidem Villam Wsawie, Coadjutoriae nomine, in possessionem tradente. Paulo post de licentia Abbatis, et Archi-Episcopi Germaniam, et Italiam peragrat, ac studijs gravioribus dat operam, sacroq initiatur. Tandem defuncto Chrzonowio succedit in munere, et à Reverendissimo Domino Brzezniciu Suffraganeo Posnaniensi, juramento rogatus, instituitur et Benedicitur. A. 1500. Maj.

Frater

Frater Stanislaus Kiszewski, ex Præposito Jezierensi, Abbas Lubinensis.

Raro is pietatis zelo, et virtutum exemplo, inter antecessores effulsit Patres Abbatum Cœnobii hujus, non injuria nuncupandas. Dedit illud tempus Regno huic, inter alios, tres egregios, Ordinis nostri Professos Abbates, in reformatione Monasteriorum suorum, sedulo incumbentes. Primum: Nicolaum Mieleski, Tinecensem Abbatem, magni Mieleji, exercituum olim Ducis, filium, animi, et corporis dotibus præstantem, et Mathematicum insignem. Peteverat hic, de industria Cluniacum, in Galliam, aliquos ex Fratribus Cœnobii illius, Casimiri 3 Fundatoris exemplo, ad Monasterium Tinecense, veteri Cluniacensium rigore reformandum, secum duturus. Exceptus humaniter a Girsone Abbate, sed partim ob intestina bella, quibus tum Gallia Regnum ardebat: partim ob hæresim, ibidem grassantem, Monasterii illius rationes pertubatas, Fratrumq numerum notabiliter, imminutum reperit. Igit spe sua frustratus, redijt in Latium, inde tamen muletorum usum cum plenis aliis Cluniacensium institutis, ac ritibus, in Cœnobium Tinecense, qui ibidem hucusq in viridi observantia habentur, transvexit. Alter fuit Abbas, Monasterij Sæ Crucis, Montis Calvi, Michael Mališzewski, cujus pietatem, et Zelum, in promovenda Monasterij sui observantia regulari, summis laudibus effert, Stanislaus Orzechowski, in præfatione Lavacri animæ, à se typis vulgati. Tertius his accensendus, Stanislaus Kiszewski, Monasterij nostri Abbas, qui collapsam ejus disciplinam, efficacius instaurauit, altero assumpti regiminis anno, Commissarijs ab Episcopo impetratis, et quibusdam alijs viris doctis adsitis, Capitulum Generale, cum Præpositis, et Fratribus Conventus sui, celebravit. Voter alias leges, in eo sanitas, quæ nobis, in manibus sunt, Horas Canonicas, Breviarijs Ordinis, editionum varietate, multum inter se discrepantibus, abolitis; uniformi Editioni Romanæ ritu, una cum Missis, peragi à Fratribus, tam internis, quam externis decrevit. Votivum observantiam stabilivit, clausuramq firmavit. Singulos Fratrum, move Monachorum, (rari: senibus Deo, multumq reluctantibus:) et habitum Ordini suo conformem, sumere præcepit. Ad vitam communem, tam in victu, quam in vestitu, instituto

A. 1589.

Vestiario

Vestiario, servandam; atq ad propria quevis pecuniaria, et nunc re-
ponenda, proprietatis reos compulerit: et quibus binas cruces argenteas,
Lipsanotheras, justi ponderis, pro Ecclesia nostra usu confici, puroq au-
ro obduci fecit. Novitios delectu adhibito, nonnisi probè, ante acta vita
testimonio, instructos, ad tyrocinium admitti, et exactè juxta Regulæ pre-
scriptum, probari, ac instrui decrevit. Denig multis aljs pernitiosis
moribus extirpatis, monasticos ritus superinduxit, ad quorum observ-
antiam, ipsemet Fratribus, tum vitæ sanctioris exemplo, tum et ver-
bo, exhortatoris publici, quandoq et Pœnitentiæ Sacramenti, adminis-
trandi officio functus, præivit. Exercitiorum spiritualium usum, in Mona-
sterium Nostrum invexit, vel potius intermissum revocavit. Nam et ipse
ad colligendum spiritum, interdum fis, operam dedit, et Fratribus, ad
idem faciendum, suasor, et author extitit, eoq loco habuit, ut cum
ea typis vulgare vellet, nec sibi id integrum esset; pulchro, ac dura-
bili in membrana, ad communem omnium usum, stylo, describi fe-
cerit. Ejusdem liberalitate, Ecclesia nostra, calicibus, Candelabris, et
varia Supellectili argentea, paramentisq pretiosis, ditata est; et
Chorus Presbyterij, tabulis, et pictura investitus. Bibliotheca quoq Mo-
nasterij, multis præsertim recentiorum authorum, voluminibus aucta.
Pari zelo, studia literarium inter Fratres propagare studuit. Quos-
dam enim ex jis, in Monasterio, per Magistrum Academicum instituj fe-
cit; alios vero, eosq septenos, ac interdum denos simul, Posnaniæ, eam
ob rem, propijs sustentabat impensis. Quin, et, ut idem, in posterum,
inferiori licet numero, faceret Conventus, pecuniari lege eundem astrinxit.
Rebus Monasterij in ordinem redactis, ad oppidum Swiqiechowo, hæ-
reticorum, è vicina Silesia infectum, purgandum, adjecit animum:
Quod, ut libi pro voto succederet, Jacobum Hassenpulch, pium quidem,
ac doctum Sacerdotem, è Seminario Vilnensi evocatum, Parochum De-
cembri illi præfecit. Multum is in reducendis, ab errore, oppidi in-
colis, qua privatis monitis, qua publicis concionibus una cum Patribus So-
cietatis JESU desudavit: Abbas vicissim editum promulgari fecit,
quo ut ejurata hæresi, ad fidem Orthodoxam, intra tempus præ-
fixum redirent; ni facerent oppido proscribendi. Quod cum vehe-
mentius
urgeret,

ungeret, plenisq refractarijs, in angulos Silesiæ, omnigranibus, tandem ma-
jorem oppidi partem, aspirante DEO ad Ecclesiæ Catholicæ gremium reduxit.
Et cum postea, hydra hæc, novis seditionibus, toties contra Abbatem, et
Parochum civitatis caput attollere vellet; ne eam, denuo renasci contingeret, pru-
denter obviam ivit, præservativis ejusmodi usus. Imprimis, lege sanxit, ple-
nis appositis, neminem in posterum, nisi Catholicum, et boni testimonij virum,
in oppidi posthinem, recipiendum. In Sodalium Artificij, seu Fraternitatis
cujusvis, adsistendus, Ecclesiæ Romanæ fidem, ante omnia profiteri te-
neretur, isq prius confessus, et sacra Synaxi provocatus.

Ne liberet oppidi incolis, utriusq sexus, cum personis Hæreticis, con-
nubia jungere, aut ijsdem servilem locare operam. Jura et Privilegia anti-
qua Civium, diplomate suo firmavit, sed ea nullum prorsus habitura, si
quando a fide Orthodoxa, retulerint pedem.

Censores in Oppido constituit, qui Paschatis tempore, proprio Sacerdoti in-
confessos, seu templa, sacri Concionis hæreticorum frequentantes, vel libros de
fide suspectos, apud se tenentes, mercatus quoq publicos, diebus festis exer-
centes, sedulo notarent; et ad se, vel Senatum, deferrent, puniendos. Jeju-
nijfragos, carnium esu, diebus vetitis, abstinuit, sanctis pœnis, ut hujus ci-
minis convictos, Dominico die processionis, et toto rej Divinæ tempore, crudæ
carnis frustum, ori alligatum, aut ollam carnium, e collo pendentem gestare,
catena ferrea, cœmeterij muro infixa, collum nexus, stare cogeretur. In sum-
ma nihil omisit, quod ad hæresim ibidem funditus extirpandam, spectaret.
Cui cura perfecit, ut qui vix aliquem, cum occultum aucperari, omnes oppidi
incolas, Sectatores, Catholicos reliquerit. Horas B. M. V. ibidem quotidie
in Ecclesia Parochiali, annuo censu attributo, instituit. Proventus Parochi,
et oppidi tributis, seipsum defraudans, adauxit; quem in eo ad binos Sa-
cerdotes, mansuales, unicum Germanum, Polonum alterum, ob præstandam si-
bi vicariam operam, perpetuo fovendos obligavit. Fuit is etiam, hilaris
Divinæ laudis promotor. In cujus finem de industria, penes se, numerosum
Musicorum, tam Vocalium, quam Instrumentalium gregem alebat; nullis-
unquam sumptibus, ad libros, seu Instrumenta, ejus rej gratia, coemenda
parcebat. = Præterea Caroli magni Imperatoris exemplo, si qui teste Baronio in
Cœnobijs, præter alia humaniora, musices etiam studia, persolvendæ laudi
Divinæ accommoda, tractari olim decrevit, si Scholam puerorum, huic arti

A. 1600.

Baron. ad An. 902.

Perdiscendæ

perdiscendæ habilium, in Abbatiâ instituit, quibus Petrum Lambertum Gallum, quem secum ex Italiâ adduxerat, amplâ conductum mercede, præfecit; celebrem, alioquin, Musices Magistrum, sed hominem inquietum, et qui verborum illecebris, Kisrevium adeo captivarat, ut totus ab ejus consiliis penderet. At is Kisrevii Vitâ functo, plerisque discipulorum secum abductis, ad Demetrium Moschoviæ Ducem, cum libris, et instrumentis musicis profugus, ibidem in tumultu per Moschos excitato, cum Duce necatus, perfidiæ suæ pœnas exsolvit.

Idem Abbas, juvicum ac Proventuum Monasterii alienatorum, acerrimum se præstitit vindicem. Nam per eum Swidnichoviensia bona, ab antecessoribus obligata; item Sestones decimales, de Smolice, ac Bielkow, census quos tributa intermissa, pecuniarium de Garby, farinaceum de Radomelio, f: pernicioſa consuetudo, Cosmetesii olim Abbatis, cum Venusiæ Stupsci, ibidem tum hæredi abrogata, et ac pleraq; alia avulsa, juris remediis adhibitis, huic loco sunt restituta. Unde eo præeunte, vicini, ejusdem hunc ipsius, et authoritatem reverenti, fundos, ac limites bonorum, Monasterii, attrectare non sunt ausi. Unus tamen est, Simon, Parochus Lubinensis, Sylvam Abbatialem, agris suis inseritis, adjacentem, hortis, prædialem, invadere. Tradit id sibi in debitum, quod per Chrysanium Abbatem, Fratri suo Stanislao, antecessori ejus, in beneficium ad vitæ tempora concessum erat. At Kisrevius conatui ejus fortiter obstitit, fundoq; suo ejecit. Ea repulsa, Parochus in rabiem actus, Abbatem variis criminibus confictis, apud Pontium Apostolicæ Sedis auscultavit. Pollebat enim ejus gratiâ quod germanum fratrem Romæ, apud Clementem Papam VIII. a Cubiculi obsequijs haberet. Sed ubi Kisrevius, de jis, coram Pontifice, plene seipsum expurgasset; simul, et judicandam, omnibus calumniam detexit, ac sorte antiquæ Parochialis constantem, Palinodiam recantare coegit. = Idem Gregorium Stolecki Præpositum Jezuviensem * Abbatem sibi pendere renuentem, ac Monasterium civitati, et cancellariæ dedicit; sed illo ad Archi-Episcopum provocante, ex mutuo compromisso, eidem Illustrissimo, controversiæ, arbitrio suo terminandæ potestatem dedere. Coram is, parte utraq; rite audita, quid sequitur Decretum fuit.

* Arnul. et Rivière Hist. Cruciferor: Lalor.

Decretum de:

Decretum Reverendissimi Stanislai Karnkowski, Archi-Episcopi Gnesnensis, ex parte pensionis Prepositi Jezowiensis.

Anno Domini 1594. 16. Novemb: Reverendis~~sim~~us Stanislaus Kiszewski Abbas Lubinensis, suo et Conventus nomine Actor, ex una, et R. Gregorius Stoletski Prepositus Jezowiensis, reus conventus, Principales partibus ab altera; Coram Illustrissimo Domino Archi-Episcopo, personaliter comparentes, petierunt debita cum instantia, quatenus, sua Reverenda Paternitas, causam, et controversiam, quæ occasione ejusdem pensionis annuæ, centum aureorum Hungaricalium, inter ipsos intercedit, summariè, et de plano, sine figura, et strepitu judicij cognoscere, et per sententiæ suæ decreti prolationem, ejusq; debitam executionem, deinde dignaretur, renunciantes quibuscunq; exceptionibus, et appellationibus, seq; sponte, et liberè submittentes, quod judicio ac decreto, per suam Illustrissimam Paternitatem, ea in causa, ferendo, habuerit, eidemq; sine ullis exceptionibus, dilationibus, ac appellationibus pareburit. Porro Illustrissimus Dominus Archi-Episcopus, utriusq; partis, instante supplicatione, premissorum ouatione facta, motus, audita propositione conventionali, responsione, juribusq; ac munimentis hinc inde productis, visis, ac diligenter juxta rei exigentiam, consideratis, communicato, vel in primis juris peritorum Consilio, inhærendo confirmationibus, à Sede Apostolica super hujusmodi centum aureorum obtentis, per dictum Abbatem productis, prefato Venerabili Gregorio Stoletski, Preposito Jezowiensi principali, dictam centum aureorum pensionem, Rndo Domino Abbati Kiszewski, ejusq; Conventui Lubinensi, annis singulis realiter, et in effectu solvere condescendit, presenti suo decreto, mediante ac premissa. Quod decretum prefatæ partes, pro rato, et grato susceperunt: presentibus Andrea Dominis, Vincentio de Secu J. U. Doctore, Preposito Lasiensi, et q mihi actorum presentium Notario, ex mandato suæ Reverendissimæ Paternitatis, retulit, cæterisq; Curiæ Prelatis. Anno Christi 1594.

Extractum ex Protocollo Causarum Illustris Domini Archi-Episcopi, et Sigillo ejusdem communitum. 6

Idem Abbas,

Idem Abbas inter articulos Capituli I. Generalis, a se, Anno Christi 1509, celebrati, statuerat, Capitula Generalia, singulis triennijs reuolutis, in posterum esse celebranda. At ille, ob suam, a regno absentiam, in septimum usq annum, pro illa vice, rejicere coactus est. Namintra hoc tempus, inprimis Romam ad limina Sanctorum Apostolorum visitanda, concesserat. Post inde reversus, cum Andrea Opalinski, Praeposito Plocensi, Regis nomine, ad Sueciae Regem Internuncio, Legationis Secretarius navigavit. Tandem in Patriam reuersus, egit illud, cum Praepositis et Fratribus Conventus sui, presente Episcopi Camenitzensis, Adamo Jacobo Brzezniczki, suffraganeo Posnaniensi, in quo literas q leges, ac decreta Reformationis Monastica custodiendae, perutilia, condidit, ac Loci Ordinario confirmata. In eodem Capitulo, apud Fratres effecit, ut Calvariam Parochialem, pagi hereditarij Kisseno, in suam curam susciperent. Simulq eorum ex Patribus Commendarium, ab Episcopali Officio approbatum, eo destinavit, ad pristinos Parochiae proventus, summa duorum millium florenorum ab signata, in vim census reemptionalis, eidem annuatim pendendi. = Idem et ipsam Calvariam Calvariensem, a fundamentis, nouo exstruxit, post suum decessum, opera, et impensis Monasterij continuatam. Portam Abbatialem, et supra illam sita cubicula, de coeto latere construxit. = Novem inopes decem pauperibus, in Lubin erecti, certam panis, ac cerevisiae portionem, in dies singulos assignavit, à se, et successoribus pendendam: cosi de reliquis mensae Fratrum, ali praecepit. = Doctos, iustos, et pios viros, et in his Patres Societatis JESU in familiaritatem admittere solitus fuit: quorum opera, et consilio, in reformando Monasterio, et revocandis ab Haeresi Swiecichowianis, usus, in vicem gratitudinis, 4. millium Florenorum Summam, in bonis patrijs Kisseno, in usum ipsam, Collegio Posnaniensi perpetuo donavit: = Cleriq etiam studiosorum egentium, Posnania, liberalem ipsius dextram sunt experti: = Tandem anno Jubilei, 1600, Capitulum Generale tertium, coacto Praepositorum Conventu, celebravit; in quo praeter diversa statuta, certa praedia et possessiones, a mensa Abbatiali abstracta, pro communi Fratrum victu, et amictu, attribuit, efficax id remedium disciplinae Monasticae in suo robore retinendae, futurum, rates. Quam assignationem, Sigismundus REX III. Gorlitius quoq, et Opalinius Episcopi Posnanienses approbarunt, ac post Paulus V. Papa,

A: 1509.

A: 1596. 5to Novem:

Speciali

speciali diplomate perpetuo ratam esse jussit. Anno 1610. = Eodem tempore Lavethiam Kirzeviensem in Rhetoliturum transtulit, priorem illum duum millium donationem, in augmentum dotis factam, novo Privilegio stabiliens. Sed approbationem Episcopi, secundo demum anno post, obtinuit. Acto enim Capitulo Generali, mox podagra eum invadente, articulari morbo graviter laborare coepit; qui non multo post, ita in eo invaluit, ut toto, ante obitum, triennio, pedes jacens, bajulorum se in sella gestantium, ministerio uti cogeretur. Fuit vero mortis ejus imminentis, tale praeludium. Cum in Oppido Suo Civitensi, cum plerisq; nobilibus, valetudinem curaret, menerij medii opera usus, intendium in vicina domo, Pharmacopoeum invadia, nocte exortum, edem, in qua is deger decumbebat, occupavit. Repentino casu perculsus Abbas, altum inclamat, famulorum, hospitis, jam fuga elapsorum, opem implorans. Ast cum nullus eorum compareret; tandem Civis quidam, clamore ipsius excitus, accurrit, et in humeros raptum, medio periculo subduxit et salvat. Sed simul, mole gestati ponderis, plus nimio pressus, ac fractus, mortis proclivae causam sibi adversit. Hunc quoq; Kirzevius, arthritide cum febribus acutis, medicorum artem, ac remedia quaelibet superante, paulo post, secutus est, in Pervigilio, B. V. M. Assumptae; ultima, Olympias masculae Cisterciensis prolis; cum Abbatiam annis denis, et senis gubernasset; vixisset q; 40. Decessit pauper, domus ipsius, nihil, praeter binos solidos residuos, servante: a medicis, medicis, et musicis potissimum exhaustae: pauperem ideirco, erat, monachi sepulturam acceptarunt: ni praesens messis, necessarios Abbatiali funeri, pro decentia celebrando, sumptus ministrasset. Unde et monumentum ejus laqueatum, Arendatiorum impensis, extructum videmus. Obitus ejus diem Congregatio nostra, Parenti Suo optimo grata, anniversarijs sacris, in secundum usq; supra vigesimum annum solemniter prosecuta est. Sic sacram quoq; ejus morte, Professorum, Abbatem, lineam, in hunc usq; diem, quartum jam Commendatarium passa deplorat; suspirans, qui suum esse rum ejus reparet, sibiq; verum Parentem reddat. (cc)

Obiit A. 1604.

(cc) Abbas hic, inter triginta Professionis filios, habuit et R. Patrem Bernardum, Bratonicum, Novitiorum hujus Coenobij magistrum, sanctitatis opinione celebrem. Cujus obitum, cum uno, mortem Kirzewij, anteceserit anno, Ordinis ratio flagitabat, ut eodem loco vita ipsius,

lectu,

lectu, et imitatione digna describeretur. Sed quia Litterati, res, preclare gestæ, merebantur, ut captas, non interrupto filo, ad finem usq; texerent, eam diuino, inde translatam, huic inserendam putaui.

Vita R. P. F. Bernardi à Wabrzezno Professi Monasterij Lubinensis.

Præfatio ad Lectorem Religiosum.

Tametsi, quouis Sanctorum exempla, ad vitam probe instituendæ perfectionis Christianæ studiosis, magnum præbeant incitamentum; præcipuè tamen recentia, ac domestica, plurimum ad id conferre, nemo est, qui dubitet. Hinc speciatim, Congregatio nostra, dignum, quin, et necessarium censuit, inter varia memorandæ, a Sanctis edita, virtutum exempla, quibus abunde Religio nostra Benedictina, referta est, Reverendi quoq; P. Bernardi, Monasterij hujus Professi, vitæ sanctimonia conspicui, et non ita pridem in Domino defuncti, egregia Virtutum opera literis consignare; ut hæc novum, ac domi natum, Religiosæ perfectionis exemplar, posteriorum Fratrum memoriæ transmissum, fideq; imitandum, et moribus exprimendum, proponatur. Id nos, dum Superiorum mandato obsequi cupimus, siue te, lector volueris, ea, quæ hic, de Vita, et Conversatione Reverendi hujus Patris breviter consignauimus, esse partim, de primo vitæ ejus manuscripto exemplari, in Bibliotheca Monasterij nostri asservato, descripta; partim septem seniorum, fideq; sincera pollentium, Monasterij nostri Patrum, qui ejusdem dum in seculo esset, et Conversationis testes, et novitiæ institutionis alumni fuere; publico testimonio recognita. Hæc tu ubi legeris, Religiose lector, simul et imitari contende; ac DEUM laudа in Sanctis Suis gloriosum.

Venerabilis Pater, F. Bernardus, Professus Monast. Lubinensis O. S. Benedicti; Wabrzezni, quod est Oppidum, Prussiæ Regalis Diœcesis Culmensis, piis ac honestis ortus parentibus, ab ipsis actum a puero, ad omnem vitæ probitatem informatus, cum primæ ætatis annos, in capessendis literarum primordijs, domi exegisset, politioris

literaturæ

literaturæ gratia, Posnaniam ad Collegium Patrum Societatis JESU se contulit, ubi Magistrorum ductu repente cum incremento literarum, eos etiam in solida pietate sensit progressus, ut illum hoc nomine plurimum amarent, ac venerarentur. Jam enim tum adolescens, Divino amore fervens usq adeo, & totum devotioni ediderat, ut quidquid otij, ex literarum studio sibi superesset, totum in orationibus, rej sacræ, cæterisq Divinis Officijs, audiendis, & exercitio Virtutum impenderet. Ardebat tunc etiam pio in egenos affectu, eosq nunc panibus, refectionis loco, domi sibi porrectis, ipse interim, inediam passus alere consueverat. Inter omnium illecebras agens, quo animum, à mundi illecebris, puriorem servaret, pravorum declinabat consortia, eos, nonnisi ad familiaritatem admittere solitus, quorum exemplis, ac monitis melior evaderet. Eam adhuc in illa florenti ætate, ipsius, vitæ sanctimoniam, miraculis illustrem DEUS reddidit. Nam cum extra mœnia Civitatis habitans, sacro Parasceves die, ad Ecclesiam Parochialem, cum Socijs, Concionem antelucanam auditurus, pergeret, clausam Civitatis portam, quæ ipsius aviæ, & adventis desiderio diripiebat, sanctæ Crucis signo reserabit. Cum vero postea, non mediocrem sibi doctrinæ thesaurum parasset, ex literarum domicilio, ad sacræ Religionis palæstram animum appulit, institutum S. P. Benedicti in Cœnobio Lubinensi, Divino instinctu amplexus est, ubi brevi tantum, in Virtutum studio profecit, ut non tyrocinium vitæ Religiosæ inchoasse, sed supremum ejus aprem, attigisse videretur. Ac imprimis profundæ humilitatis, solida jecit fundamenta, quam non solum corde medullitus impressam habuit, sed & cultu semper demisso prætulit, factisq etiamis, ejus, de se præbuit exempla. Nullum erat tam humile, abjectumq ministerium, cui non promptas admoveret manus, libentiq non exequeretur animo. Quare & Portarij, Coquinarij quoq, ac Sanitoris officio functus, ea etiam, quæ ardua sæpe putabantur, promptè peragebat. Vestibus plorumq ut ablatis vilibus, et attritis, quas etiam nobarum loco, a Fratre Vestiario, ultro sibi dari deposcebat: Utilitatem quoq ipsi erat, quo poterat occultius, loca immunda eluere, vasa culina, mundissimis purgare, ac cætera ejus generis obsequia, assidue obire. Jacto humilitatis fundamento, ut cæteras quoq superstruere virtutes, in id continuo incumbebat. Certe omnia corporis afflictationi minorem in modum dedita fuit. Nam præter continuum asperrimi Cilicij usum, disciplinarum flagris, seipsum atrocè diverberabat, a quarum frequentatione,

etiam

etiam hebetato visu minime desistebat. In Cibis sumendis, ea usus est parsimonia, ut potioribus alimentis sibi interdictis grossis duntaxat, ac vilioribus, ijq frugaliter vesceretur. Huc accedebant, frequentes Vigiliæ. Divinas natus mediæ noctis laudes, antequam Fratres adstarentur, ipse excubans, devotis Orationibus, Meditationibus, aliisq sijs exercitijs, provehire, ac in sijs multas noctium horas insumere consuetum habuit. Ubi vero ex orationis fatigatum, sopor importunus oppressisset, observabatur à Fratribus interdum, super nuda humo, quandoq in lecto quidem, sed vestitus, et in nudo Stramine cubitare. Cum itaq tam insignes, in Schola virtutum, fecisset progressus, totius Cœnobij oculos in se convertit, præsertim vero Rndi Stanislai Kistcæ sibi pie memoriæ Abbatis, qui eum, ipso virtutis nomine, unicè diligebat, digniorq judicavit, cui provinciam instituendorum Novitiorum, Religioso nondum triennij, deferret. Quo munere suscepto, non id egit solum, tyronum, ut animos ad Regulæ, et institutionum Monasticarum amussim, salutaribus doctrinis, quam maxime imbueret, sed id etiam, ut quæ alijs fuienda proponeret, prior ipse adequaret. Quare in explendis Monasterij vilioribus vetitam obsequijs, Novitij se adjungebat, et si quæ per inuviam neglexissent, vicariam præstabat operam. Et licet in correctionibus eorum, paterna usus fuerit clementia, interdum tamen, dum necessitas exegisset, ad servandam Religionis disciplinam, nonnihil ab austeritate mutuari solitus erat. Quod si interdum aliqui ex tyronibq castigationes corporis, ab eo pœnæ loco injunctas, subire recusarent, eorum vice, vestes quæns, seipsum ad castigandum aptabat, pœnas, disciplinorum inobedientiæ vindices, de suo corpore Magistro sumpturus. Vidit hoc juvenilis temeritas, et ejus rei exemplum admirata, salutiq habere suppasta, quam prius detrectabat, libens subibat pœnam. Cum vero jam Presbyter factus esset, uberiores in humilitate, temperantia, patientia, devotione, in dies sumebat progressus; exinde in Passionis Dominicæ, et SSmi Sacramenti meditatione, tanto intus, Divini Amoris ardescebat igne, ut hyberno etiam frigore sæviente, in Ecclesia assiduus, ac totus algens, ej exercitio magnam temporis partem impenderet. Quotiescunq ad Sacram Synaxin accederet, vel Sanctissimum missæ s. quod quidem Oratus Presbyter in dies sanctius, DEO offerret aut rerum Divinarum contemplatione mentem occuparet, continuo in fletus uberes, resolvebatur, eo fervore, ut identidem ingemiscere, et multos ex imo, trahere singultus, dulcissima Regularis Observantiæ,

Propugnator

Propugnator extitit acerrimus, quam per Rndum Stanislaum Kiszewiden Abbatem, paulo ante introductam, suam firmam habitatam in suo regore esse vellet, dq quâ perventionibus Fratrum obstationibus, qtiâ crebro superiorum incitamento, perficere satageret, multorum sibi parabat invidiam, et ea de causa, plura inhorens perpessus, ac per ludibrium Sanctulus, et hypocrita, vocitatus; non idcirco tamen, aut mentis inquietudinem, fronte prætulit aut de illata sibi injuria, conquestus est: quin etiam, veniam ab iis mutuli, a quibus lesus fuerat, precibus eorum precoluit, posuere solebat.

In Summa; brevi, octavo quinquennij; nondum plene exacti cursu perfectionis orbem confecit; quo, cum præcipuis Religiosæ Vitæ cultoribus, merito sit coequandus. Tandem gravi, ac periculoso morbo correptus, eum, non solum forti, sed etiam hilari pertulit animo. Suasus à Fratribus, ut opera Medicorum uteretur, cum valetudinem suam, humanis amplius auxilijs, juvari, minimi posse crederet. Divinæ se totum, Cui solum fidebat, commisit voluntati. Adfuit cum morte luctanti; Cacodæmon: quem tecto assistentem, ubi primum Strenuus Athleta Christi, conspexisset, Martinianum illud. Quid hic adstas Cruenta bestia? ingeminans; protinus cubiculo fugavit. Tum gratijs DEO actis, ac sumpta de manibus R. P. Divis, Christi e Cruce pendentis effigie; cum eam frequentius complexatus, et osculatus fuisset, repente, carnis vinculis solutus, extremum clausit diem; cum eo sanctitatis argumento, ut non solum Fratres singuli, aliqui reuliarum, ex pauperie ipsius hæreditati, certatim sibi dari, postcrent; sed externi quoq, tumulum ejus, sparsis hic inde, diversi generis floribus, condecorarent: quod et in præsens adhuc, fidem veritatem est. Sumpsit Religionis habitum Anno 1599. 5. Januarij. Ordinem professus Anno 1600. 24 Febru: Vita decessit: Anno 1603. 2. Junij, miraculis etiam nunc claruit, quæ seorsum descripta, una cum Commissione Authoritate Episcopi Posnaniensis, Matthiæ Lubinski super fidem facta, in Archivo Monasterij nostri asservantur. Sed jam, primo huic libro, Professorum Abbatum præmittenda, ab Origine Cœnobij hujus, ad annum usq 1604. successive continuata, finem faciamus; alterum Abbatibus mistis, s: qui eos ex ordine sequuntur; id est Commendarijs et Professis, dicatum.

Finis libri primi.

ANTIQUUM MONASTERII LUBINENSIS LIBER SECUNDUS

Ab Anno Christi, 1604. Abbates ejusdem, partim Commendatarios, partim Professos, ac res, sub eorum regimine gestas,

EXHIBENS.

Hactenus

Hactenus electio Abbatum Canonica, per Casimirum III. olim Regem sede sua dejecta, infirmo, et claudicante gressu, apud nos incessit; Conventu Nostro, electos de gremio Abbates, Regi probandos, vel improbandos, juxta Statutum Regni presentante. Sed mortuo Kisseuio, S. Sosthati, sibi vulnere per Sigismundum III. Regem inflicto, viribus iam amplius subsistere non valens: simul et illa cecidit, et expiravit. Is namq; Sigismundum Augustum, predecessorem suum, qui primus, primum Commendatarium Abbatem, Wyssocium Canonicum Gnesnensem, Landensi Cœnobio præfecerat Anno 1550. imitatus, in primis, Conventui Cracoviensi, mortuo Abbate ejus formali, Nicolao Nicolecio, Suffectum autho sua Prælatum, Successorem intrusit: mox post Unum mensem, pari exemplo, post decessum Kisseuij Successi Abbatis hujus loci nullo Fratribus eligendi, ac præsentandi spatio concesso, prior ipse Jacobum Lempicki, Camerariæ Sue Regentem; Gnesnensem, Cracoviensem Canonicum, sibi nominavit Abbatem, huic et non alium cooptandum. Lupuit ea novitas animos Fratrum; Sed cum mandato Principis, refragari non possent, lata illa electione, invite, suffragia in eum contulerunt, juxta nihilominus ac Votis Religionis seipsum obligandum, lege adstrictum. Accepit electus conditionem, sed ei in Consistorio Romano dispensatus, non parvi, Summo Cœnobij hujus detrimento. Successores enim, ejusdem vestigijs insistentes, Abbatiam hanc, Commendæ quoq; nomine gubernabant, et primo Vilnæ in Lithuania, altero, Neapoli in Italia, tertio Madriti in Hispania residentibus, rebus Monasterij per seipsos, nihil prorsus attendebant. Quorum absentia necesse fuit, Statum Monasterij mutari, ac pertubari: Disciplinam Regularem sensim labasere: Abbatiæ domicilia stillicidijs scatere; lites judiciales posthabere: bona Monasterij, vicinis fundos eorum; undequaq; latrantibus, in dies auidi, et imminui: Abbatiæ subditos, insolitis laboribus, ac exactionibus, ab Arendatorijs et militibus, miserè premi, ac omnia in deterius prolabi: id quod in hunc diem, fieri non solum videmus, sed et re ipsa experimur. Fecit tamen Lempickius quod potuit. Nam de reo loci hujus, indemnes servandas, Camerariæ lites negotijs distentus, Monasterium Nostrum sæpius visitavit, ac præter alia particularia, solemni quoq; ac instar Generalis, Capitulo celebrato,

A: 1604 in Julio.

A: 1604 in Augusto Jacobus Lempicki Abbas Commendat: huius loci.

Sequentes Articulos, Monastica reformationi, ulterius promovendæ
adornatos, sanivit. In primis Ordinationem Antecessoris de Officio Anno 1666.
Divino, cum Missis, Romano ritu persolvendis probavit, et ad id se-
curius faciendum, Indultum Sedis Apostolicæ, paulò post obtinuit. Anno 1667.
Ad Matutinum, quò vix integrè duantarium, Fratres adigere conatg est,
sed Antiphonarium Nocturnalium defectum, opponentibus, Laudes dunta-
xat, cum Summo Sacro, ijg diebus Festum duplicibus, cantu persolvi man-
davit. In Vesperis, Matutinis, et Missis cantatis, Antiphonas, Re-
sponsoria, ac reliqua, quæ Choro cessante, Organa suppleant; iunumè Fra-
tribus publicè in Choro, pronuntiare iussit. Jejunium Quadrageti-
male à Dominica Quinquagesimæ, obliventiale a Die 1mo Adven-
tus inclusivè, per Fratres inchoari decrevit. Diebus Lunæ, per annu,
esu carnium Fratres abstinere voluit, piscibus, et lactarijs contentos: sed
hoc duplex placitum, saltem vita ejus superstite in usu fuit. Flage-
lationes Corporis, olim feriis Sextis, adhiberi solitas, et morte Hispravij in-
termissas, revocavit. Usum Latini Sermonis inter Fratres instituit. Ad
juvandam fidelium Salutem, Fraternitatem Rosarij B. M. V. in Ecle-
siam nostram introduxi curavit. Exercitia Conventum singulis Dominicis,
per Presbyteros in templo, per Fratres vero in Refectorio, alternatim fieri
præcepit. Ad evitandum Otium, Lectiones Casuum Conscientiæ, per unu
ex Patribus, in Conventu præsegi jussit. At hi Articuli ex cæteris Capi-
tulorum Generalium Statutis, sicuti expunctis, quod nullo fuerint Episcopi
assensu, roborati; tametsi nonnulli eorum, adhuc in omnium Fratrum pra-
xi, serventur. Eodem tempore, quidam Musicus Instrumen-
talis, ex alterius Monasterij Conventus, exstitit Sæcularem vocantibus,
commendatione Unius Nobilis, ad novitiatum est admissus. Et peracto fa-
dabiliter probationis Anno, cum se de unanimi Fratrum consensu, ad
votorum Professionem aduingeret, subito, et graui morbo correptus, et paulò
post in extrema, vitæ linea, constitutus, Confessario, ac Medicis adversitis,
quod toto cadaverat anno, aperuit se esse Monasterij Sæ Cruis, mon-
tis Calij, Professum, et Conversum. Causam fugæ rogatus, ob tra-
tanda studia, quæ tunc florere apud nos dicebat, ad Cœnobium no-
strum se venisse dixit. Caicum is monachatum in Monasterio Profes-
sionis sue,

perosus, alibi per literarum studium, cui toto tyrocinij anno, impense vacabat, ad Sacros Ordines viam sibi sterneke, decreverat. At tuus voti, simul et vitæ, filum ej præcidit, ita mors.

Sub idem tempus, quidam ex Fratribus, Clericus, nobili genere ortus, Professionem suam reclamavit, asserens se minis, ac terroribus Parentum, ad Religionis ingressum fuisse compulsum; et eandem ante legitimam ætatem Professum. Porro Lempicius fluctuanti spatium deliberandi dedit, rem interim cum Episcopo communicaturus. Sed cum nec Patrum salutaribus monitis, nec Exercitijs Spiritualibus, secundo jis provocato, ad sanioren mentem redire vellet: Lempicij jussu, Professionis sacramento solutus, ac liber dimissus, paulo post in semina egestate vitam finivit.

Sequenti anno alius Frater ejus exemplo, vota Professionis sua, Capitulariter in dubium revocavit, annuam probationem, haud rite peractam, causatus. At quia jam, ab eorum nuncupatione, quinquennium in Monasterio exegerat, non est auditus, sed eadem ex Theologorum Sententia, publice renovare, et firmare jussus, quod fecit in hunc modum.

Ratificatio Professionis.

Ego Frater Hieronymus Clerius, quoniam hactenus in dubium vota Professionis meæ vocaveram, id ob relatam duplicis probationis, quarum prima, unius anni Millesimi, Quingentesimi, nonagesimi noni, spatio continuo, non interrupto, à me peracta est, altera, post secundum ingressum, intervallo saltem aliquot Septimanarum facta; judicio autem Doctorum virorum, non videatur istæ duæ, nec dici possunt probationes, sed una, juxta consuetudinem Ordinis, conjunctis illis hebdomadibus, cum anno integro, pro perpetua rei memoria, et posterorum cautela, ex authoritate Reverendi Patris Jacobi Lempicki, Abbatis nostri Commendatarij, significandum, sanctè pollicendum duxi; me numquam animum, et propositum Religionis mutaturum, seu aliquid contra tentaturum: quando quidem eo animo sum, R. P. Prior, et reliqui Fratres, ut secunda probatione, qua nullum prorsus habere, asseverant, objecta, me ratione illius anni

Novitiatus

Novitiatus, quem ab anno 1588, usq in annum sequentem 1589, continuaveram, in monorum suum adsciendum putarent; Professumq monasterij hujus, ritè judicarent: Voluntatem suam, & intentionem, cum intentione Admodi Abbatis conjungendo. Quæ Professio mea, ut alias, semper sit coram DEO, et hominibus rata, fixaq, eam interim, non tantum re ipsa, in manu R. P. Martini Kowieski Præpositi Augustinen, interea temporis personam, et munus Admodi Abbatis nostri absentis, sustinentis, confirmandam; verum etiam manu propria, et scripto testificandam, dolui, arbitrio Admodi Abbatis, et assensu Fratrum Congregationis ejusdem, quorum ego Authoritati, Sententiæ, ac Judicio, me ipsum libenti animo subjicio, et committo. Sic me DEUS adjuvet, Beatissima Virgo Maria, et omnes Sancti, et hæc Congregatio, in cujus præsentia, hæc dicta, et peracta sunt, hujus rei testis perpetuo sit bonissimus. Die festo S. P. N. Benedicti Anno Christi 1607.

Anno sequenti Dompitius Abbas Cracoviâ, ubi tunc pestis aulam Regis, Cancellariæ Regens, retinebat, ad monasterium nostrum venit, celebratoq cum Fratribus particulari Capitulo, Priori, ante aliquot menses defuncto, alium de eorundem assensu, substituit. Ibidem cum eo Fratres, de nemine, pago Girka adjacenti, Brzozowiæ dicto, ab antecessoribus suis instituto, et a se vendito expostularunt. Nec frustra. Nam ad sarciendum hoc damnum, erasam inde pecuniam, in paramenta Ecclesiæ, variorum colorum erogavit. Simul questi sunt, de damnis ab ejus cognato, Arendario Cithoviensi, acceptis, amovendum postulantes. Ab eo negotij, cum plerisq aliis, ad suum Cracovia reditum, rejecit, pollicitus, se brevi abdicaturum, ibidem antea Officijs, et Prælaturis, habitiq Regularis susceptis, in Abbatia residenturum, omnia in ordinem redacturum. Sed aliter fata decreverunt, ut mox dicetur. Et licet is Fratrum amorem quâ litteris paternis, quâ libellis spiritualibus, oratione, sanctis monitis, aliisq munusculis, diversis submissis, demereri sibi studuerit, postrema tamen cum initijs, haud æquè consequit. Quem enim thesaurum in pecunijs, et varia supellectili pretiosa, Cracoviam, ultimo discedens, in sacrario nostro, deposuerat asservandum; post duos menses, ibidem modi proximus extremis tabulis, inter propinquos, partitus fuit. Ecclesiam vero nostram, ex cujus bonis, magna ex

An. 1608

parte,

paste congestus erat, etheredem reliquit. Inde apud Fratres, non
Latis, sed vitrii, et viti, non puri crystalli nomen obtinuerat. Quæ
quidem deposita, Melchiori Oleszuski, Abbati Chebdoviensi, ac Thomæ
Oborski, Canonico Cracoviensi, executoribus, acriter jure urgentibus, Supe-
riores nostri, ad veram usq; quod dicitur restitutionis vadi sunt, sola Supel-
lectili libraria, quam ante annum, Bibliotheca nostra addixerat, ac vasis
pecuniarijs, apud Arendarios relictis, utuung evidenti. Obijt mortem Ca-
A: 1600 30. Aprilis. covia, cum tribus annis, ac dimidio Abbatiam gubernasset. Conditus in Ec-
clesia Cathedrali, ubi et Epitaphium ejus extat. In ejus locum nomina-
tione Regis, ac promotione Opalinij Episcopi Posnaniensis, et Suffragijs
A: 1600. Fratrum, Coaptatus Commendæ nomine in Abbatem.
Dnica infra Octavā Corp: Chri: Secundus Commendatarius Abbas.

Eustachius Wollowicz Lithuanus, Præpositus Trocensis, Referendarius Magni Ducatus Lithuaniæ.

Electus Præpositum Stanogostiensem, et Priorem Monasterij,
Cracoviam ad se vocat, illum suæ vices suas Administratorem substi-
tuit, hunc in Officio confirmat. Honorifice deinde habitos, et liberali-
ter donatos, à se dimittit. Non multo post, ipse hos subsecutus, primis
A: 1609. decretis anni 1609 diebus, Abbatiæ possessionem adijt. Sacro Spi-
ritus die, à Fratribus prandio auspicatus casulam cum Dalmatica,
et Antipendio, ex materia auro texta, Ecclesiæ nostræ in strenam do-
navit, liberalitatis futuræ pignus. Ibidem gratulantibus et ap-
plaudentibus sibi Fratribus, gratias egit, quod se, nullis in electione,
conditionibus astrictum voluerint. Hoc enim perfecerat Opalinius Epis-
copus, in Monasterio tunc præsens, daturum se operam, ut eorum vo-
ta, et expectationem, beneficentia sua superare possit. Factus quo-
tunc est se, in Ordinem Benedictinum, singulari propendere affectu,
quem præter alia, Tynecensis ante annum, tunc vacantis, Abbatiæ,
curam gereret; Administrator, a Nuncio Sedis Apostolicæ designa-
tus, ex occasione ejusmodi. Post decessum Nicolaij Abbatis, Pro-
fessi Tynecensis, nominaverat Rex, de Prælatis aulæ, Stanisla-
um Sokolnicium, in Abbatem, à Fratribus Cœnobij illius eligendum.
At illi magna constantia, primum hoc exemplum, à limine Monasterij
sui arcentes, electionem ipsius detrectarunt. Quin et in ejus locum,

Episcopi

Episcopi Cauriensis Maiestatis, patrocinio freti Baranovium Prepositum Kolidiensem Canonici Ani Professum, omnium suffragio, Abbatem dixerunt. Fuit is, Vir excellens, et huic muneri par. Nam et Officialem Calisiensem, longo tempore, cum dignitate egit. Binos etiam, sue Mytris, Baranovios Stanislaum, et Vincentium, retro aevo seculo, Syncerii habuit Abbates, de monasterio bene meritos. In adeunda huic professione, Prepositure Kolidiensis, strenuitatem suam egregie probavit. Invaserat eam quidam Aulicus, Archi-Episcopi Gnesnensis cognatus, ab eo sibi nullo fisve vitatam. At Baranovius, propinquorum subsidio adjutus vim, vi, opposuit: ac tandem, represso ejus insultu, voti impotem, abscedere coegit. Institutionem quoq sibi ab Archi-Episcopo negatam, et Constitutio Romano impetravit, atq ita Preposituram illam, iam pene perditam Monasterio Clinicensi, iterum asservit. Electionem vero ipsius in Abbatiam, quod attinet, fuit omnino Canonica. Nam supra alia requisita, in ea ad amussim servata, ipse quoq Maiestatis Cardinalis et idem Episcopus Cauriensis, presens illi adfuit, et calculo suo probavit. Sed et Zebrzydovium, Palatinum Cauriensem, ac cetteros Regni Proceres, i. Sibi Rege veneramente habuit Patronos. Electionis celebratae die, non nemo ex comitiis, Baranovio, novi honoris auctionem, publice gratulatus, inter alia hec effutijt. Nihil moraretur pertinaciam Regis, promotioni sue obsistentis, prius illi coronam Regni, quam sibi Abbatialem Infulam, capite haberam. Fuit, qui hec, Regi, Cauriae tunc agenti, postero die nunciavit. Acerbe stomachatus, injuria hac, Regis animum, sed prudenter dissimulatam, imo penitus rewndivit, suo tempore vindicandam. Bello namq difficili, quod sibi tunc Equestris Ordo, authore Zebrzydovio Palatino Cauriensi intulerat, Regno hunc exuere cupiens, distentus erat. Interim, cum suus Nominatus, auctorari, ad Abbatiae Regimen non posset, neutum electus approbationem electionis Baranovij in Curia Romana suspendi curavit. Triennium circiter mora hac extraxit. Tribus per id tempus, totius Abbatiae rerum protitis. Tandem Rex Pacis belli successu, quietior factus, Nuntio Apostolico mandat, amoto

ut Regulari

ut Regulari Wolkowicium Tinecensi Cœnobio Administratorem
præficeret. Nec enim Episcopo tranquillo fidebat, cujus primum in Ti-
necenses Fratres animum, bene noverat. Paret Justus nuntius; Wol-
kowicium literis Apostolicis instructum, cum plena imperii potestate,
Tinecium Regio peditatu eundem comitante, mittit. Sed hanc Pre-
sidiarij, clausis custodiam tenentes, gradum sistere jubent et aditu ar-
cent. Porro ille, arte non minore, negotium consultius de industria re-
linquit, vulgataq; fama, quod Ostrecinum spergeret, Skachinam vi-
cinum Cœnobio Tinecensi oppidum, Sole jam ad occasum vergente di-
vertit. Hinc vero, nocte silenti, circa auroram Wolkowicius præter
spem omnium, Tinecium redijt. Mox unum ex peditibus per fenestra
clathratam, portæ Abbatiali proximam, consulto effractam, Claustrum
intrare jubet. Adjuvit audem fortuna. Nam Vigiles, portæ custo-
diam servantes, quod de Wolkowicio, in fugam dato, prorsus hilariter
indulgentes, in multam noctem trium sphærent, alto, ex longo exubijt
sopore oppressos reperit. Securus igitur ad portam properavit, et fori-
bus ejus sexcentis Wolkowicio cum suo Comitatu, liberum aditum præbet.
Hic ita ei placida, nemine ex suis perdito, sed nec bello quidem Monaste-
rium occupavit. Insurgente die, Priorem cum Senioribus in arcem
Abbatialem, ubi sunt, peditum agmine vallatus hucrebat, invitat, li-
teras commissi sibi Regiorinij, exhibet, et simul queritur; Nunne
Regis, et Nuntij Apostolici, mandato refragari velint? Porro ij,
communicato Consilijs, Wolkowicium Administratorem, supplici re-
verentia salutant, et in ejus imperium ultro coniurant. Quippe jam
illis recens, ex perduellibus patta, Regia victoria, consilium, et animus,
ad bene de causa Baranouij sperandum eripuerat. Postea
Wolkowicius in Abbatia residens, cum Fratribus sæpè conversatus,
nihil non egit, ut refractarios, in coopiando sibi Satellitio, Regi fa-
ceret obsequentes; Plerij enim Baranouio, imperatus adhuc ad-
dicti, partes ejus aviter propugnabant, testati se potius, in exilium,
quam in defectionem, Salvijs literis. Horum antesignanis in
diversa loca, cum literis Obedientiæ allegatis, in reliquis ad se,
pellicendis, Wolkowicius non multum laboravit. Compertâ nanq;

ex literis

ex literis Fratrum, causam hanc Romæ pervenientium, Baranowskii electionem, in Consistorio Summi Pontificis, funditer jam fuisse per Regios Intervenientes, eversam; ultro a Baranowio desiderunt; Subditii partes amplexi. Quid enim, jam illis e rebus in stantibus, aliud restaret? Stata Justa Episcopi, nova electioni dies indicitur, adest Regis Nuntius, Suffragium commendans, adsunt Commissarii Episcopi ejus vices in electione suppleturi: Missa solemnis de Spiritu Sancto, pro more solito celebratur; Fabianus Wittowius, suggestum conscendit, sumptisq pro themate Verbis Psalmi: A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris, diserta ad concordem, Præsulis sui electionem, Concione, Fratres adhortatur, ac tandem persuadet. = Nam Subdiorium, certis conditionibus affictum, ex pluralitate Suffragiorum consentientium, Abbatem Tynecensem renuntiarunt. Tandem Wolfowicius, negotio ex Regis voto peracto, Subdiorio in Consistorio Romano, ad Abbatiam inducendo, regimen ejusdem resignavit. Quare jam et nos, Wolfowicium, ex Tynecensi, ad Lubinense Cœnobium, reducamus.

Adepta Possessione Abbatiæ hujus Wolfowicius, confestim operi manum admovit. Mœnia, ac ædificia Abbatiæ, plerag in ruinam prona, refici jussit. Oppida, fundos Abbatiæ, ac limites eorum, ut nosceret, ipsemet oculis lustravit. Lites Monasterii Jurisdictas, à diversis, vel à nobis motas, hactenus exploratas, lisq promovendis, Consilium, annuo autem Salario, præfecit. Capitulo particulari celebrato Visitatores, qui regimen, et vitam Præpositorum, ac cæterorum extra commorantium Fratrum; Subditorum item gravamina, si quibus ab arendatoribus, vel œconomis premerentur, inspicerent, constituit. Administratori in Subsidium, et arduis negotijs, reversum Andream Rychlicki Suffraganeum Posnaniensem, adjunxit. Tandem cæteris, quæ bonum Cœnobij ordinem, concernebant, rite dispositis, mensem circiter Vobisium versatus, Cracoviam ad Regis aulam redijt.

Anno 1669. Unus ex Patribus, ad Monasterium Sanctæ Crucis, cum literis Obedientiæ destinatus, ubi mox Priorem egit.

Alius

Alius item, paulo post ad Sieuchoviense, Magistri Novitiorū officio, ibidem functus.

Eodem Anno, quidam Later Senex, una die praeter consuetudinem à matutinis absens, Fratribus morbi suspitionem injecit. Acto Divino Officio, Prior, Fratrem, qui fuit ab obsequiis infirmorum, Cellam ejus intrare jubet, explorātum, an bene haberet. At hunc in lecto jam exanimem, et in sanguine natantem invenit. Ruptam Venam, enormentioris sanguinis fluxui, viam aperuisse, indeq primum viribus, post etiam Spiritu, dormienti exstitisse fatus est medicus.

Ao 1655. Anno Christi 1611. Josephus Stelin Vicarius Ecclesiæ Cathedralis Vilnensis, ad Novitiatum est admissus a Wolkowicio et Capitulo Vilnensi commendatus. Vir provectæ ætatis, ac multæ experientiæ, et musicus tam Vocalis, quam Instrumentalis. Is ex peculio secum allato, centum florenorum summam, dedit Consuli Pirinensi, in censum perpetuum Benedictio Lubinensi, annuatim pendendum. Tandem expleto triennii anno, votisq nuncupatis, Vicedum. Prior creatur, et Fabricæ Præfectus.

Alberto Sigmato

Ao 1612. Ao 1613. Post anno sequenti, Ecclesia Dalerensis, opera, et impensis, nostri Conventus extructa, per Andream Ruthitzki, Suffraganeum Posnaniensem, solemni ritu consecrata est, præsidente Wolkowicio Abbate, et Adamo Woiwodzovsio, Abbate itidem Commendatario Premedensi, et post Episcopo Posnaniensi.

Sub idem tempus, Stanislaus Starowey ski, Suffraganeus et Abbas Commendatarius Plocensis, novo Cœnobio, à se, dum Ecclesia in arce, vetto fatose construeto, novam gloriam invenire volens, aliquot Fratres Cœnobii hostri, ad plantandam ibidem observantiæ Regularem, mitti sibi postulavit. Mandato Wolkowicij, duo ex Senioribus destinantur. Sed cum ibidem binos tantum Fratres, eosq extremæ ætatis Senes, superstites, ipsum quoq Monasterium nondum planè, in formam redactum, invenissent, paulo post, stationem illa relicta, ad suum Monasterium remigrarunt.

Eodem Anno Copiæ Militares, à Moschovitica expeditione, Ao 1613. ad ipsa Regni viscera redierunt, stipendiorum sibi rebentorum,

Præcatu

pretextu confœderatis: et cum his persolvendis, nec tributa agraria 1631. 1634.
in omnes insolas Regni, laudata, nec Reipublicæ thesaurus, bel-
lo exhaustus, sufficere posset, Barambuius Archi-Episcopus,
cum cæteris Episcopis in Comitijs Regni congregatis, nomine to-
tius Cleri, ultra alias contributiones publicas centum, et octua-
ginta millium, ac septingentorum florenorum Polonicorum summam,
ultro se, patriæ in vim subsidij donaturos, receperunt. Ad quam
in unum cogendam, inter alios, Wolkowicius Abbas totius Abba-
tiæ nomine, mille quingentos, septuaginta quinq; Floren: Polon: jus-
ta Archi-Episcopi taxam, contribuit. Nec tamen Monasterium
nostrum, tanta licet collocata impensa à militum damnis liberum man-
sit; Nam alterum quidem agmen, speciali Privilegio, Sbignei Silnicki,
ejusdem confœderationis Marescalci, ad instantiam Wolkowicij con-
cessu, Cœnobium nostrum, cum bonis ipsius, servavit indemne: at
reliqua pars illorum, sequenti anno subsecuta, cum stipendia de-
seruisset, numerari sibi flagitassent, nec obtinere possent, in so-
lutionem illorum, inter alios, etiam Monasterij nostri subditos, mo-
lesta tributorum exactione premebant, in singulos fere aureos, gra-
vem pecuniæ summam, ab ijsdem extorquentes.

Ægrè ferebant nobiles, dignitatum portas, Polonis, in Lib-
eraria Cladissa, Lithuanis in Polonia, beneficio Regis, patere: Nam
præter Wolkowicium, jam antea Radzivilum, Lithuanum etiam
Episcopum Cracoviensem, creaverat. Carpebant itaq; Regem, hoc
nomine, non privatim tantum, sub murmure, sed et in publicis
quoq; Regni Conventibus, uno ore conclamabant, questi, eum in
patrias leges peccare, suæ gentis homines, externis antelatis, con-
temptui habere, bello civili, ijsdem de causis sibi indicto, et non
ita pridem restincto, novas subjicere fraces. Sed paulo post, ad-
ventantibus Regni Comitijs generalibus, Wolkowicium, Re-
gredam, ad particularia Comitia, Nuncium mittit. Ubi cum lega-
tionem exacturus, in frequenti Nobilium consessu, Regis nomi-
ne peroraret; omnium oculos, et animos, in se convertit. Itaq;
quem absentem oderant, præsentem observare, et admirari
cœperunt. Mox, præcipui quiq; lauto ab eo convivio accepti,

in tantum

in tantum hunc adamarunt, ut adsito in suum Fabiotam, primarias etiam Regni Insulas, publicè apprecarentur. Quippe Vir fuit, qui Personæ dignitatem secum ferebat, et quem præter hæreditarium splendorem, eruditio, ac peritia legum, cui fauebat, vultus Majestas, Staturæ procerites, gravitati morum, intexta comitas; cæteroq dotes, ad res Summas destinabant. At hunc Poloniæ, invidit Lithvania, populatem suum, et Referendario, mox Vice-Cancellarium, et post, Episcopum Vilnensem, ac Ducatus Primatem, venerata.

Legatione Stodie perfunctus, Wolowicius, ad Abbatiam suam Lubinensem venit, ubi prisca Dominicanorum Fratrum, fundamenta jecit, tandem post triennium, eodem pecuniam, Conventu nostro victualia subministrante, ad supremum fastigium perduxit. Ejus fronti, talis inscriptio, lapidi marmoreo incisa, cernitur.

D. O. M.

Commoditati, Sospitati, et ornamento Cænobii, opportunas hasce Religiosas ædes, Eustachius Wolowicz, Episcopus Vilnensis, Pro-Cancellarius Magni Ducatus Lithuaniæ, Abbas Lubinensis, à fundamentis erexit. Anno à partu Virginis.

MDCXVII.

Circa

Circa idem tempus Wolfoviticus Abbas, fundum Villæ deserta Ma- = An. 1636.
rino, inter pagos nobilium circumquaq; injurijs obnoxium, Radow=
skijs de Morka, olim per Chwynadium 3 Abbatem, in certa pecuniæ Sum=
ma ad totum advitalitiorum decursum, obligatum de assensu Fra=
trum, vendidit in perpetuum; pretio ad talem Confirmationem
Sedis Apostolicæ, quos de industria impetraverat, estimato. Censum
vero ab eadem Summa, quæ penes emptores mansit proveniendem,
Conventui nostro, in fabricam ipsius, temporibus perpetuis adjecit:
à Possessoribus pagi Morka, per Priorem, pro tempore existentem,
quotannis repetendum. Soluerat idem fundus, cum tributo fasinaceo,
ex molestitia Radomicensi, Abbati nostro p. fundi nomine: et antiquo,
annuatim debito. Nam, et hoc, heredi de Radomicko, trecentorum
florenorum Summa, in perpetuum vendidit, et simul fontem discor=
diarum, quæ ex eo, à multis retroactis annis, tributi hujus cessione,
continuo manabant, prudenter obstruxit. Eidem malo prævalendo,
aliquid fundi, Villæ Abbatialis Gorka, pristinæ Wolitzvicensis
ampliandæ causa, Domino Krzijemski concessit, ad tridui mansio=
pensionem, Conventui nostro, per se, et Successores ejus, quotannis
solvendam, in perpetuum adstricto.

Eodem quoq; tempore, bonis Jeruo, pagus Kosiska dictus,
cum Wola Lokatkowa, accessit extali causa. Possessor ultimus fu=
it tunc, quidam nobilis de familia Blichsarum, Vicinus Sule=
ciæ Jeruicen; quo proximior, eo nocentior. Nam is, Oppidum, et pa=
gos ejus sæpius invadens, subditos eorum, ad præstandos sibi labo=
res, cogebat, renuentes, domibus etiam, per vim extrahebat, ipsos, ac
bona ipsorum, apud se detinens, fame, siti, premens, equorum cau=
das obtruncans, et alijs duris divexans modis. Cum totiès à Præ=
posito, post, et ab Subornatis amicis exoratus, à potentia, violen=
tijsq; desistere nollet. Præpositus collecta gregariorum manu,
fratrumq; germanorum auxilio suffultus, ejus potentiæ, suam quoq;
objecit. Sed et Petricoviam citatum, de injurijs, ad Tribunal, reum
accusavit. Cui DEO favente, tam in bello, quam in judicio
semper Victor, invasorem victum eò adegit, ut Vicinia illa vendi
ta,

in remotiores

in remotiores sibi sedes, migrandum omnino decreverit. Hag Praepositus, cum illo, pauem cum pagis, subscia Jezieriensi emptitium, de precio pactus fuit. Sed cum sibi pecunia ad ornatus non sufficeret, aliunde conquisitam, tandem Venditori persolvit bonis ipse potitus. Et eam ob causam, Praepositurae, cui bus fuit obnoxiam; quibus ut eam, parte aliqua, levaret, Successor ejus, ad persolvendam solidam summam, pagum Wola Lokatowa; annuente Wolowicio, vendidit, altero, subscripto dicto consentiente.

Anno Christi 1617. ultimis diebus Novembris, horribilis casus, apud nos contigit. Quidam ex Patribus, provecta jam aetate, ex intemperie cerebri, eò amentiae devenerat, ut vitam pertaesus propriam, eripiendam sibi omnino statuerit. Auctus credimus, antea pertentata, nullo in eo, morbi corporalis vestigio deprehenso, quae menti affectae, conducebant remedia, adhibuit. Sed operam in eo perdens, de pellendam melancholiam, & sanioria consilia capessenda, exhortatum reliquit. Paucos post dies, in Infirmaria decumbenti Fratri à servitijs injunxit, funem ut sibi seu mantile, ex trabe suspendi curaret, cujus ope facilius tecto se attollere posset. Domus, rendum plane viribus destitutum cernens, magis veritus, ne desperabundo laqueum pararet; parcere distulit. Paulo post Infirmaria elapsum, et in proximam piscinam, insilire conantem, per Vim tenuit, et lectum repetere coegit. Submovendus igitur illi periculo, Prioris jussu, ad Hypocaustum Fratrum Dormitorio vicinum, transfertur. Solabantur afflictum Fratres, consilia identidem ingerentes, nascentes artes Daemonis, illis elusis, totum se Christo Salvatori daret. Jam diebus aliquot, ibidem solito, tranquilliorem, sperabant, tum loci mutatione, ingeniorum quod mutaturum. At ille periculi sui ipsius, aliam iniit viam. Sabbathi, dico fuit, Dominicam I. Adventus immediate antecedens, cum sibi Confessarium Vesperis cantandis intentum, de templo evocari jubet. Igitur Confessione peccata expiat, post hac, Litanias precante Fratre recitat; ac iterum stratum conscendit. Composito illo ad quietem; Frater, ad Refectorium, sumendae collationis causa, perrexit. Hic verò

Infirmus,

Infirmus, captata ejus absentia, propositum meis executurus, tecto, et hypocausto ecclesiæ, ac fornacem ingressus, pronum se, ignitis carbonibus superjecit. Interim Frater, inexpectato collationis fine, ad infirmum revertit, quem primo aspectu, sopitum putat. Ita enim ultimò secta deserens, pileum nocturnum, inter pulvinum capitalem, et majus pulvinar, quo se tegebat, relictum, aptaverat, ut eo caput indutus, ac recto decumbens, facile credi posset. Sed dum Frater explorandi causa, propius accedit, manuq; pulvinar tentat, nihili eum exscendisse, advertit. Observatum ejus in hortulo, hypocausto vicino, post in atrio, multis vestigat, tandem in fornace prunis candentibus incubantem, reperit. Protinus ad Refectorium gressum auctaverat, laxatisq; ejus foribus, infirmum suum in fornace cremtis proclamat. Exhorruere Fratres tam atrocis Nuntio. Recurrunt illico, raptumq; pedibus, fornace extrahunt, sed jam exanimem, et ambesci, qua prunis inhærebat parte, satis assum. Cadaver titionis magis, quam hominis figuram referens, sindone munda, involutum in Sambuta Eulebiæ proximo clam sepeliunt. Tum demum fassus est Calefactor, se eodem die habuisse ab illo, in mandatis, fornacem, ut bene succensam, copia carbonum candentium appararet. Inde, inter Fratres, diversa orta sententia. Quidam prudentem, et ex proposito, igni se dedisse asserebant: alij malitiosiores, phrenesi violenta, factum assignabant, professi eum, ante duodecim annos, Choynatensem Vicarium agentem, similia mentis emota signa ex se prebuisse ut propterea Visitatius, Præposito Choynatensi, et Parochianis nobilibus, urgentibus, inde censuerit revocandum. At nos, in arcanis DEI judicijs, disputandum relinquamus.

Non multo post, Martinus Sapinski, hæres de Michy, per literas, et R. Patrem Dzybinski assumem suum*, proposuit Priori cum Fratribus, velle se Eulebiæ, quam tunc ibidem, nuper structæ ad Parochia erigere Præposituram, et electum de Conventu Nostro Præpositum, eidem præfici, adhibitis sibi duobus Vicarijs, qui statis in septimana diebus, tenerentur ex fundatione, certas Missas legere horas Beatæ V. M. quotidie in Choro decantare, aliaq; Parochialia Officia, ad genus obire; si onus non detrectarent, recepturum se;

* Ord. S. Franc. vid. de Observ.

Jus

An. 1617.

jus Patronatus, Abbati, et Conventui in perpetuum. Ad pristinos quos Parochiæ proventus, daturum, summam illum millium florenorum, in hu census annui, fidem numerandi. Dom. Prior cum Fratribus, re matura ex pensa, respondérunt, ex peritia se edoctos, Fundationes ejusmodi de censibus, hoc jam tempore, minus esse tutas: quod plerumq. fallant. Sed et hanc tribus Fratribus, rite sustentandis crescente rerum pretio, minus sufficturam. Si fuisset hoc Dominus Fundator, vellet etiam Parochia ingros augere, Cænetores aliquot, fidem colendis attribuere domum habitationi Fratrum commodam, de novo construere, Sylvarum, portionem suffam, eorum usibus, designare, morem se ejus defuncto gesturos. Et fecissent, quod jam litteris spopenderat, nisi eum cognati ad senectutis senem provectam, attenti, cum iam senex, et liberis orbatus esset, a proposito revocassent. Eo igitur auctionem renuente, nostri quoq. Fundationem resignarunt.

Circa idem tempus, Simon Parochus Lubinensis, ab Ecclesia sua, aliquot annis absens, Roma reversus est. Ejus absentia Conventus hoster, nonnihil respiraverat a molestijs, quas Abbati Thesauro primum, post, et nobis, litigator inquietus faciebat. Sed et aditus ejus, novas advexit turbas, à se, non multo ante excitatas. Inter alia, torquebat illum Fraternitas Rosarij Beatæ V.ⁱ Mariæ in Ecclesia nostra, ante annos aliquot instituta. Tabescebat livore, cum eam, numerosis populi concursu frequentari, suisq. post haberi cerneret. Angebat bilem, et avaritiæ hominis, suis in commodis, decedere putantis, quod nostro Rosario, ex piorum porrectionibus accederet. Acriter itaq. ejus promotionem oppugnat, allegans, Monachis Claustralibus, propriatum dum taxat Salutis animarum, intentis, extra orbitam status sui, non licere se movere; Processiones publicas, Concionesq. Fraternitatum curam, curatorum esse propriam. Regerebant Fratres, sibi in per Rosarij Privilegia, à Sancta Sede approbata, recte convenisse; sed nec monastico, quinquam, instituto repugnare. Cum sæpius Monasterium nostrum visitans, et eandem cantilenam odiosus, Fratribus ad tedium, et nauseam molestus esset, nihil tamen profecisset, tum demum, quod

dudum

1673.

diudum mente aquabat, virus, in nos effudit. Nam, et Joannem Dziek-
czynski Officialem Posnaniensem, huic loco semper addictissimum, sini-
stris traductionibus infensum nobis reddidit, et Diotam Sventius
nostri, hoc nomine citatum, ad Consistorium ejus, traxit. Sedis, cum
post multas altercationes, et partium allegatis, comperisset, nihil per
promotionem Sodalitatis hujus, Fratres nostros, Parocho, tam in
Sacramentorum administratione, quem in luctus, praecipere, quin, et ip-
sorum labores, cedere in laborum ipsius subsidium, ac levamentum, anni-
sata malitia Parochi, silentium eidem, mediante decreto imposuit: no-
strum vero Conventum, liberum pronuntiavit. Post, Parochus, silen-
tij sibi indicti, quietis impatiens, lapsam causam creaturae, adipsa
Episcopum Opaliniem, querulus recurrit. At hunc contemptim ha-
bitum, ac duris castigatum verbis, e conspectu cedere justit. Quippe
is, Rosario, et Conventui nostro, haberne addictus fuit? Et jam ante
Kijsuio Abbati, Cognato suo, in monasterio nostro, familiaris, Par-
chi, Caput heteroclitum, et in jurgia pronum, bene noverat. Non ta-
men aemulus, quicquam de pertinacia remittit, quin, et extinguendo,
apud nos Rosario, consilium novum aggreditur. Germano suo, Ro-
mae commoranti, negotium dat, eandem, ut Fraternitatem, in sua ec-
clesia erigi, apud Generalem S.S. Dominicanorum impetraret. Nec
difficile postulatis, annuit Generalis: Provinciali Poloniae provinciam
hanc demandat. At hunc sui Fratres edocent, quod Parochus de
industria celaverat, fundatam eam, ante aliquot annos, in Ecclesia no-
stra Corsi nostri, nec per leges ipsius, uno, in pago, binas, subsistere pos-
se. Sed et labobibus ejus, rite peragendis, Parochum solum, non
sufficturum. Id ubi didicit Provincialis, Parochum, apud Generalem,
crimine falsi accusat, plenique hac de re evocatum, eo flexit, ut is,
sibi statim, recurribi jusserit, gratiam, a Generali, Parocho, ac male
narrata, concessam, esse revocatam.

Anno Salutis 1610. Stanislaus Milski, Parochus Civitatensis, Ao 1610.
Notarius Capituli, et Paenitentiarius Ecclesiae Cathedralis Posnaniensis
habitu Religioso in Novitio hoc, accepit, Senectutem apud nos, ad mortem,

Confessarij

confessarij Officio functus. — Sequenti anno 1619. Wolowicius Abbas, Episcopus Vilnensis, negotiorum Regis et Euteriæ suæ, causa, Romam tendens, Spalatinum Episcopum Comitem secum duxisse, nullo præmisso nuntio, et præter spem omnium ad Monasterium venit. Advertentes ad templum, raptim processêre obviam Fratres. Ex his Prior, omni ad præmeditandum spatio ereptus, Wolowicium salutavit, petitis ex Breviario verbis: Gavisi sunt discipuli, viso Domino. Illico Wolowicius subridens, pro responso ei repetivit: Alleluja, Alleluja, et nihil præterea: mox singulis, dextram, ad salutandum porrexit. Ad fine hinc est, quod sequitur, sub eadem ejus præsentia gestum. Uni ex Patribus Organistis, expensas, in organa reparanda, posceti, centum se florenos daturum recepit. At Pater, cortus, opera non sufficturos, orasse pergit, pateretur se trahi, ut daret ducentos. Day się Wm: na drugie ale prosiąc. Tum Wolowicius, captato, ex ejus verbis joco, Ergo inquit, ni dedecus ducentos, carnifici torquendus tradat? At page hoc nefas! Ne fiat, do trecentos. Stag ex suo heroico animo, dedit trecentos; cum Pater saltem ducentos deposuisset. Et hæc quidem minuta sunt, sed eò commemorantur, ut hinc ejus liberalitas, et clementia, clarius elucescant. Utroq enim, minum in modum excelluit, injurias etiam, beneficijs rependere solitus, ut ex mox dictis patebit.

Anno eodem 1619, ante septem menses, quidam ex nostris, Præpositus, ad supplantandum in Abbatia Wolowicium, literis, s: Episcopatus, et Abbatiæ incompatibilis, occasione: ad plerosq Procures, et ad ipsum Regem, ficto Conventus nomine scriptis, et majori sigillo munitis, magnos, contra ipsum, Varsaviæ in Comitijs Generalibus, s: invito licet reclamante: motus excivera. Augurabantur Fratres, eum gravis culpæ, non leves Wolowicio depensurum pœnas. Sed contra audivit. Nam hunc impunitum, publicè saltem, cum aliquot complicibus, acrio objurgatum, mox stupente tota Congregatione, in gratiam recepit. Quin, et eundem, s: recentis oblitus injuriæ, non multo post, in pristinum Administrationis gradum, restituit. Ita, quendam Parochum, elitium, calumnium sibi procaciter exprobrantem, sedato tutiè animo, et quem ulcisci facile potuit, nam is sui Juris patronatus erat; non indignatum dimisit.

dimisit. Quadam die unus ex Patribus, decrepitus, publicè inter prandendum, et inopinato, in lachrymas solutus, ac fletus causam rogatus in Commendatarios Abbates, acriter invehi cepit. Wolowicium tunc ibidem presentem, directè se petij sentiens, nihil tamen his motus, Patrem illum, ac pertendam tristitiam, propinato sibi, boni Viri poculo, retrasi jussit. Sed et velum ejus intempestivum senilium conceptuum cum infantilibus comparatione facta, modestè in frequentia hospitum, excusavit. Qua ejus benitate victus senex, erati pectoris veniam petijt, et statim obtinuit, ac deinde Wolowicium, quod dixit impensè dilexit. Alius ex Patribus, à quo etiam, Wolowicius gravitèr fuerat lesus: metu pœnæ, a vocatione resilierat, et Conventu Sendzienzi in Prussiam transfuga. Lapsis interjectis annis, Fratrum consilijs persuasus, Wolowicio, et Congregationi per literas supplex, regressum ad Monasterium proposuit. Ejus resipiscentia Wolowicius lætus, non solum petenti, libenter annuit, sed et hunc literis perbenignis animari fussit, reditum ut asseueraret, apertum apud se Paternæ Clementiæ sinum, inventurus. In pœnis quoq; infligendis, ad lucrandam ipsius animam, mitius, ut cum ipso ageret, Priori negotium dedit.

Circa idem tempus, prima Sacelli Rosarij fundamenta facta sunt, Anno 1619. Authore Eve Cribinensi Wiatrowicij dicti, quibus substratis, absq; ulla domus Wolowicius imposuit. Tandem ei Conventus hostes, propijs impensis, post triennium, supremam imposuit manum Anno Christi 1623.

Anno 1621. Wolowicius, ex Italia ad Monasterium nostrum reuersus, Capitulum Generale, æmulo Kiszewij exemplo celebravit, in quo nonnulla statuta de Consilio Congregationis condidit, a Loci Ordinario approbata. Illius diploma Provisionis, pro communi Fratrum victu, et amictu per Kiszenicium quondam Abbatem assignatus, publicè recidit, à Sede Apostolica eius sumptu et opera procuratum.

In eodem Capitulo domum lateritiam Lesnanie, ab Abbate Chrynaio olim extructam, Conventui nostro jure perpetuo addixit: ac Fratres studiorum causa ibidem fovendos, ædificandam, et inde ruinas ejus reparandas.

Eodem tempore Stanislaus Lawdzki de Lawdy, Notarius Terrestris Siradiensis, Cubiculum in Chrynata, propijs impensis de cocto latere construxit. Anno 1623. Unus ex Patribus, Anno 1623.

Vice-Prior

Vice prior h.l. Stanislao Lubinski Abbati Tinecensi Varsaviæ, a Wolowicio personaliter commendatus, ad idem Cœnobium mittitur, ubi Vice prioris, et Magistri novitiorum, post, et Præpositi Infirmariæ, officijs functus, quinquennium exegit. Non ita multo post, iterum ex Pabianicis ad Monasterium Mogilnense abiegatus, ibidem Michaele Dzialynski Abbate Auctore, Prior constitutus. Sub idem tempus Wolowicius Ecclesiæ nostræ, majorem Aram, suo sumptu f: una cum Tabernaculo f: extruxit. In qua ejus etiam effigies depicta cernitur.

Circa Annum Christi 1624. Simon Parochus Lubinensis de quo supra, vita decessit, ex tali causa. Œconomus Abbatiæ, gregem armentorum ipsius ob depasta Abbatialia prata, ad Monasterium abactum, in area Abbatiæ, conclusserat. Id ubi cœpit Parochus, illuc in furias versus, ad Abbatiam properat, et admota scuri, portæ seris effractis, pecora ad Parochiam pelli jussa, sibimet temerè restituit. Citatus ad Consistorium, ut invasor, et reus peractus, judicis decreto ad Carcerem Claustralem, amandatus fuit; Crimen in Monasterio patratum, ibidem ad tempus præstitutum, expiaturus. Cæterea, quæ contra Conventum, in dispendium famæ ipsius, furore dictante evomerat, publicè retractare coactus est. Utrumq; hoc, cogere non valens, tum furore, tum pudore, graviter agitatus, illa mentis agitudine, morbum sibi corporalem auxerit: quo in dies invalescente,
Ao 1626. paulo post, diem suum obijt. Testamentum condens, fundationem de horis Bssmæ M. V. quotidie in Ecclesia Parochiali, decantandis, à se facta, casu, quo sibi aliquis ex nostris in Parochiam succederet; Dotatum ad Ecclesiam Patrocle suæ transferri jussit. Quod et factum est. Nam ej defuncto, Wolowicius F. Stephanum Waszkowski Parochum Dalojensem, annuente Episcopo Successorem dedit. Hanc enim gratiam Romæ, à Paulo V. Papa, viva voce sibi concessam, obtinuerat.

Circa id tempus, Reverendi Patris Bernardi de Wabrzeźno, Sanctitatis opinione celebris, Professi h.l. ossa, in novam tumbam, cum antiqua, imposita, in eodem, quo primitus sepulchro, per P. Priorem, et Fratres, privatim removita sunt. Hactenus enim domi suæ duntaxat notus: nunc jam DEO Servi sui sanctitatem, miraculis illustrante, et Cœlis etiam innotescere, et in lucem prodire cœpit. Origo hæc fuit. Civis quidam de Grodzisco Civitate, nomine Eva Siudzinowa gravi morbo oppressa,

et mortis

et morti jam proxima, humanis nihil sibi remedijs proficientibus, Divinam opem, pro sanitate supplex implorauit. Sequenti nocte apparet illi in somnis, Religiosus, habitu nigro exterius, et quali nos in Ecclesia utimur, per omnia similli amictus. Venerat eò, sub idem tempus, R. P. Andreas Karpnicki, Ordinis S. Francisci de Observantia, qui Religiosum hunc, Reverendi Patris Bernardi nostri, personam gessisse, firmiter credens, et cui vitæ ejus sanitas, dum adhuc in vivis esset, probè nota erat: ægram igitur exhortatur, precibus ejus, et patrocinio se commendet. Sepulchrum quoq; ipsius, religionis ergo, adituram se, DEO votò obstringat. Quod subsecuta libens fecit, mox vi morbi levari se sentit. Unde in spem bonam erecta, eo ferventius auxilium ejus invocat. Paulo post, sanitati integræ reddita, in grati animi Symbolum, Sepulchrum ejus in Ecclesia nostra, visitavit; ubi rei serie, Patribus ex ordine narrata, tabulam, in quam cultum, et vestitum ejus, ut eum in quiete viderat, per pictorem transferri jussit, voto argenteo, beneficij accepti testem, eidem affixo, apud nos reliquit. Et eo tempore, crebrescentibus ejusmodi miraculis, Sepulchrum ejus frequentari, ipsaq; imago tabellis votivis, partim cereis, partim argenteis, appensis, à fidelibus coli cepit.

Sequenti anno Joannes Gninski, Suffraganeus Posnaniensis, 1626.
et in absentia Wolbudeij, Monasterij hujus Administrator, ex febri maligna, in Abbatia moritur, in Sepulchreto Fratrum conditus. Ejus mortis, incendium, in pago Lubin, exortum, præluserit. Huic substituitur per Wolbuvium Administrator, Frater Martinus Kocielski Præpositus Stawgostinensis.

Anno Christi 1627. Turma equitum numerosa, per Ernestum Comitem de Mansvelt, Regi Daniæ, cum Duce Badis, in subsidium missa, quæ per Silesiam, licentiosè grassaretur, à Cæsarianis inde pulsa, Majorem Poloniam per tractum Cartensem irrupit, et ingentibus afficit damnis; obvias, Nobilium, domos, Monasteria pagos, eorumq; Ecclesias, per vim invadens, ac despolians. Refert id in Chronicis suis Piasecius illis verbis: In Silesia hærebant copiæ, à Mansvelde, sub nomine Dani Regis introductæ, et Imperialibus: tota hyeme, vicinas eorum stationes, excursionibus divexando: aliquid damni dederant. Sed ea conversus Walsteinius, primo vere, postquam Tropaviam, et

Piasec: pag. 473.

Kozle

Hostile oppida intercepisset; omnia alia, in illis partibus, occupata loca, Danicos relinquere, indeq; migrare cogit. Baudissius eorum ductor praecipuus fuit, qui omnia itinera in Silesia, à Walnstenio clausa sibi fuisse videns, per Poloniam Kosianensi tractu, etiperat in Marchiam, pluribus Colonorum Nobilium domibus, et in itinere, diviti peculio spoliati. Hunusq; Piasecius. Oppidis tamen, ac Civitatibus, ab jis, vulgi tumultum veritis, de industria parcum est. Captarunt occasionem commodam, dum plurimi Nobilium, domibus absentes Posnaniam judiciorum causâ, quae tum Comitiorum Generalis, dabat, convenerant. Die S. Jacobi, advolante Posnaniam patrocinij eorum fama, magna celeritate Arendarius Abbatiae, Albertus Miaskowski, famulum cum literis Posnania, ad Priorem Conventus nostri abiegat, strages, direptiones, Silesiae proximis ab jis illatas commemorans, simulq; videns, ut si salvum vellet, thesaurum templi, quamprimum extra Clivonasterium evehi curaret. At Prior, consilium, visu accepit: nec Sagittarios, Swiquechovia, ei aliquo modo propulsandae advocavit; sed neq; portae Abbatiali, custodeo adhibuit, natalis sui die S: Christophori nomen erat: hospitibus tractandis intentus. Post meridiam media, P. Fr. Stephanus Parochus, adesse jam praedatores, per pagum grassari, sibiq; ab illis equos, et stabulo raptos, significat. Repulsus eo nuntio Prior, tum demum à Patre Custode exigit: Num bene suppellectili Ecclesiae prospexeris? Porro ille securum esse jubet, asserens, tuto loco, eam, sua opera, asservatam. Sed Fratres non ignari, certis secretiorum praeda fuisse in Sacrario relictam, ferventius urgebant, S: cum jam aliter non liceret: si partiretur eam, in diversos, dare singulis Fratribus, calices singulos, unicuique, thuribulum alteri, reliqua caeteris. Quicquid auferent, indemne futurum, abditoros se, extra septa Monasterij, inter fruges, neidum tum demessas, alios, alia loca, hostilibus inimicissa, petituros. Cito enim colluviem illam abscessuram sperabant, quam praeda duntaxat, ibi obiter, et in transitu rapienda, inhiasse dicerentur. At P. Custos, obstinata pertinacia forte quod fratribus Sacrarij bene observatis, plus nimio fideret à Priore, licet jussus parere renuit. Saniori consilio, tum, unus ex Patribus, thecam, cochlearibus argenteis plenam, cum ad manum nihil aliud

haberet

habere, in Sauario rapuit, et inter urticas projecit, quam post ali-
quot horas ex fuga revertens, salvam, et integram reperit. Tribo mane
Praedatores, compertò, neminem esse intra Claustrum, qui insultum eorum
repulisset, sumptis animis, portaq Abbatiali, nullo negotio fracta: Mo-
nasterium, Fratribus jam in varia loca dilapsis, turmatim invadunt.
Hos, Sacrilegium inter se partiti, pars eorum in Stabulum, ceteri in
Dormitorium Fratrum prorumpunt, illud equis, cellas vestibus, ac potio-
ribus rebus spoliandas. Alii Ecclesiasticis supellectilibus avidi, per Sacellu
tenebras multarum Virginum, ad Sacrarium ruunt; sed eos fortiter ob-
firmatae fores, gradum sistere cogunt. Nacti tunc unum ex hostis, Ec-
clesiae Parochialis Vicarium, illum equo alligant, et ad Monasterium
non tam ductum, quam tractum, minis interdum, Cellam Deiparae in-
trare, clavesq Sacrarij dari sibi jubent. Reperdam illi, clavium, ex
uno nexu pendentium, fasciculum, tradidit fidem, statimq conspectui
eorum, pavidus se subduxit: Sed cum illis, fores reludere, frustra
tentassent, f: neq enim Sacrarij, sed Vestiarium Monasterij officinarij
claves erant:f: Ibi, fortunam experiri vinantur. Tigillum Cancellis ligneis,
adjacentem, tumultuarie arripiunt, quo valvis ictibus, diu multumq
diu quatiunt, nec dum expugnant. Ferreo dein ostio,
facile superato, interius aditum, occupant, et quidquid ibidem, supellec-
tilis Sacrae, in auro, et argento, ac pretiosis apparamentis, tum, et commu-
nis erarij pecunijs, inventum inveniunt, avara rapiunt manu. Neq
hoc fuisse contenti, etiam nefarij tabernaculum templi, fide spoliare
exclusa supra gradus altaris, pedibusq proculcato, SSmae Eucharistiae Smrdo.
Attoniti ac dolentes, spectabant, qui se Sacri conclusserant Fratres,
dum, patrato scelere, in reditu ante portam Abbatialem, de spoliis Sacris,
quidam eorum seipsos, sacris casulis induerent, alij pretiosis cappis,
equos vestirent; alij crucem argenteam Lipsanothecas, in frusta inter
se partienda secarent. Abbatem, quem, multis retroactis annis Ab-
batum, et Fratrum industria, paraverat Ecclesiae thesaurum, una
hora protervi comitis Fratris inobedientia perdidit. Damnum, tri-
ginta Florenorum millibus, prudentum judicio fuit aestimatum.
Sed et Arrendarius tunc absens, grandem in equis, vestibq, pecuniis,
&c:

Vacuarum

jacturam auexit. Parochialem Eulesiam, reliquerunt intactam, omnia ipsius in nostra asservata, rati. Pari rapaitate, in Eulesiam Dalevien= sem, Praedium Nowydwor, et alios circumjectos pagos, et pari, in Mona= sterium Paradisiense, desaviunt. Nec tamen plenam thesauri evasere, Plurimi namq eorum, et itinere nocte dieq, cum rapinis continuato, insom= nes; alij ob ultimam tumulentiam, equis subsistere non valentes, et sidem dei= dentes; cogebantur se, per Sylvas, et campos, ponere in somnum relines. In quos cum nostris, et vel ipsa rustica plebs: si casu offenderent, passim idebant scopitos, praedas, quibus se ex latebrinis onerauerant, opimas ex sis agentes. Sed et circa Wilenium, et Zbaszynum, insignem eos cladem, a nostris auepisse, fama ferebat. Pars reliqua, quae pernicii fuga, periculum evaserat, extra Regnum, Marchiam versus, dilapsa est. Ductor quoq eorum Bandis, qui se tunc inuolumem servauit, sequenti anno 1620. in Prussia, Sueci Bellum gerens, a Duce Konieprosckie, apud Ostrovam Oppidum, praelio fusus, ipseq saucius, captus, Varsauiam obligatur in carcerandus. Sed inde beneficio noctis, fuga elapsus, post, in itinere reprehensus, et ad ar= cem Ravensem ductus; antiori ibidem custodiae mancipatus fuit. Tandem Rex, inducis, anno sequenti, 1629. cum Sueco pacis libertum dimitti fecit, cum ipsius Respublica nostra ad seruitia militaria, fidem suam ob= ligasset.

Anno 1628. Celebrata est Synodus Provincialis, Petricouiae praesidente in ea, Joanne Wezyk, Archi-Episcopo Gnesnensi. Ibidem con= tributio secundo Eulesiasticis imposita. Wolfgangus Abbas ex bonis Abbatiae, sexcentos florenos pendere jussus est. Conventus liber pronun= ciatus. Anno eodem habitum est, in Coenobio nostro Capitulum Generale, praesentibus Praepositis, et Parochis, Provinciae h.l. praesidente in eo, Rdo P. Martino Lowiecki Wolfgangi pro tunc Vicegerente: ubi P. Kos= nowski Sacrist, cum P. Custode, spoliatae, per totam incuriam Eulesiae, et Monasterii nostri reus actus; ubiq decreto Capituli, merita dedit pe= nas. Ibidem duo Fratres incorrigibiles, ex monasterio dimissi, et alia quaedam sanita Wolfgangus tunc, Vilnae in Episcopatu praesens agebat, de spoliata Eulesia nostra multum anxius, mei mox, calicem hoc proprium misit, praecedente tempore, eandem pretiosis apparamentis, ditaturum se pollicitus. Sed postea vitae ejus cursum abrupit,

et mensium

et mensium aliquot spatium fuit. Exorto enim anno Salutis 1630. cum amicis, et Cognatis suis, qui eum tunc, novi anni auspicium gratulandes, de industria visitarant, hilariter conversatus, dum inter ambulandum cultrum sibi manu forte lapsum, humo levare conatur famulus, tunc ad coquinam, dilapsus, apoplexia inopinato correptus, voluq; ac sensu destitutus subito concidit. Subsatum è terra, quite sine mora medici, variis remediis provocarunt. At irrito successu, Nam is, invalescente malo, intra pauc as horas, extinctus est. Post ejus decessum, Fratres, anno gratiæ, de more patti, et summis precibus, quæ penes Brendarios restabant, Ecclesiæ nostræ inopiam, aliqua parte sublevarunt. Tandem Abbatiam hanc obtinuit, a Rege nominatus, et à Capitulo Fratrum, certis conditionibus, electus: Ao 1630.

Mathias Tyttewski, in Regno Hispaniarum, Regis Nostri Internuncius.

Sed cum jam fidem meam exolverim, quâ me, in fronte libri hujus, antiquitatis Monasterij Nostri, Fratrum memoriam superantes, datarum recepi, f: quæ enim sequuntur, Tyttewij, qui Wolfowicio successit, et post eum Makowij, qui adhuc præsidet, Abbatum, temporibus, res gestæ, recentes sunt, et in nostra memoria fuerentes; proinde hic, meæ scriptionis, finis esto. Nam, et Sveci Caligristæ, per Regnum nostrum, infestis armis grassantes, à tractu Lobnanensi, ante duas hebdomadas exosi, manum de tabula tollere, et in partes Silesiæ, cum adversis Fratribus, migrare me coquit, anno presenti, Sexcentesimo, quinquagesimo supra millesimum quinto 12 Augusti.

Series Abbatum Monasterij Lubinensis, qui Tyttewio successerunt.

Stanislaus Makowski Electus 1650 die 16. Julij

Stefanus Piaseckj ab anno 1658. qui postea solemnia Professionem emisit

Adalbertus Dobrzelewski.

Stanislaus Wojenski Eppus Camenec. Electus 1680.
Stanislaus Hiacinthus Swięcicki Eppus Chełm. el. 1695.
Antonius Rozrzazewski Electus 1° 1697 2° 1698.
Theodorus Chartoryiski
Alexander Miaskowski Electus 1737
Commendatarij
Michael Lipski } Post exdivisionem Bonorum a Rege
Casimirus Lipski } solum designati

abbates Claustrales a Fratribus libere electi

Augustinus Starzenski Profess. h. l. S.T.D.
(x) Nicolaus Stanislaus Krierzkowski S.T.D. electus 1779. 17 Nov. Prof: Sicrat:
Beda Ostarzewski S.T.D. electus 1815 17. apr. Prof. Plocens.

(x) hic erat Professus Monasterii Sieciechoviensis. fuit abbas Monasterii Horodiscensis in Lituania per 9. annos. qui postea Presidentis, generalis congregationis munere & visitatoris primi aliquoties functus fuerat; vir erat studiorum ac pietatis amantissimus: vota ipsius et studia semper ad bonum Monasterii et manutenendam observantiam regularem tendebant. Mortuus est cum merore omnium suorum filiorum, a.D. 1814. die 18. octobris annos vitae natus 77 menses 8. dies 6. Professionis Religiosae Annos 57, sacerdotii anno 53. abbatialis muneris in Lubin anno 35°

Index Alphabeticus

Eorum rerum, quae in duobus libris Antiquitatum Monasterij Lubinensis continentur.

Folio.

A. A. A.

Aaron I. Abbas Tinecensis Gallus. " " " " " " " 16.
Abbates Lubinenses primitivi Cluniaco conducti. " " " " " " 15.
Imo et ad alia Monasteria Regni Polon: exinde auiti. " " " 16.
Abbatis Tinecensis supra omnes alios in Polonia Primates. " " " 10.
Cur? et Quando desierit? " " " " " " " " " " 10.
Abbatum Lubinensium, ab Anno 1113. ad Annum 1230 vera Series, et nonnisi ex Necrologio desumpta. " " " " " " " " " 14.
Eorundem singularia Privilegia, et Prærogativæ. " " " " " 19.
Habent ab antiquo Stallum in Ecclesia Cathedrali Posnaniensi. " " " 22.
Ab exordio non omnino fuerant perpetui. " " " " " " " 25.
Imo plurimi sua sponte abdicabant Prælatum. " " " " 35.
Passim de Mogilno assumebantur, et vicissim de Lubino Mogilnum. 47.
Nonnisi Electi ad Quinq; potissimum observanda stringebantur. " " 71.
Abbates Plebei fieri prohibentur Constitutione Regni. " " " " " 76.
Tenebantur certum numerum, ab Ordinario Loci definitum, Puerorum Nobilium fovere, et actibus imbuere. " " " " " " " 76.
Abbatum quorundam in Regno Poloniæ Elogia. " " " " " " 146.
Vide Reliqua titulo, Electi.
Abbatum Sæcularium vulgo Commendatariorum in Polonia Origo. " " " 150.
Eorundem per Reges Poloniæ, Intrusio. Fol: 107. Item. " " " " 136.
Idem pollebant jurisdictione in Monachos. " Fol: 159. " " Item " 176.
Dispendia quam plurima Monasterijs, et Eorum impositione. " " " 150.

Acusationis in Consistorio Romano Archi-Episcopi Gnesnensis, per Paulum Chojnacki Abbatem Lubinensem Summa. " " " " " " "		06.
S. Adalbertus Benedictinus in Poloniam veniens, primos Benedictinos secum adduxit. " " " " " " " " " " " "		1.
Albertus I. Abbas Lubinensis, Villam Rakowiec acquirit Monasterio: Villam vero Wawie recuperat " " " " " " " " " "		36.
Albertus II. Abbas Lubinensis, Fundos Marzyszewo Oppido Krzywin, Jure Civili, certis cum pensionibus, et conditionibus incorporat. " " " "		38.
Albertus III. Abbas Lubinensis auctus a Casimiro III. Rege Poloniæ Posnaniam, Suo et Successorum nomine Eidem spondet Certitudinem in posterum Abbatis Lubinensis per Fratres nullam fore, nisi calculo Regis probaretur. " "	Moritur Anno	40.
Idem — Bona Woriesi, ab Antecessore onerata, redimit, ac eximit. " " "		50.
Idem — Boram Ecclesiæ Conventualis cum Altaribus conservari studet. " "		51.
Idem — Fundum Marzyszewo: Oppido Civin applicatos, Monasterio restituit. Fol: eodem. Moritur Anno.		
Albertus I. Præpositus Jezowiensis, ratione retentorum Hominum Harassij, à Stephano Abbate Lubinensi ad Consistorium Gnesnen. trahitur, ac Jure vincitur Anno 1440. " " " " " " " " "		41.
Albertus II. à Mszizonow, in actu ad Jezowiensem Præposituram, jurat et spondet, se Subjectum ioi, adeoq. et teneri ad Ordinationes per Paulum Chojnacki Abbatem, et Fratres capitulariter factas. " " " "		72.
Idem — trahitur ad Curiam Regiam ratione solvendæ ex suæ Præposituræ Bonis Pensionis Portalne dictæ. " " " " " " " "		74.
Sed in toto evasit: fol: eodem. " "		
Idem — nomine sui Abbatis Cracoviam ad Sigismundum Augustum Regem cum Privilegijs Exemptionum, a Veteribus missus ab eodem Rege omnimodam ab ejusmodi oneribus, Podarcy dictis Libertationem obtinet: Ao. 1545.		75.
Idem — in Synodo Provinciali Anno Dni 1564. Celebrata Chojnacij sui Abbatis absentiam excusat. " " " " " " " " "		78.
Idem — ex Consistorio Romano ad abrogandas Chojnacij Abbatis Ordinationes, Commissionem impetrat: fol: eodem.		

Idem – a Paulo Chojnacki Abbate ad Capitulum Generale citatus, dum contumaciter non comparet, ab Eodem Abbate, et toto Capitulo, Excommunicatus, in presentia Notarij Publici. " " " " " " " " 82.

Idem – sibi se citari, ac si Simoniace Electum Prepositum, ad Constistorium Archi-Episcopi Gnesnensis, Abbatiq per Literas nuntiat se invitum ac si ad Idem Judicium trahi. " " " " " " " " " 82.

Idem – Decreto Delegatorio Commissionis, a Sancta Sede ex parte Chojnacji impetrato convincitur, ac Ordinationibus sibi inante impositis parere jubetur. 96.

Idem – à Sa Sede Oppositos impetrat Judices Chojnacio. fol 100. Attamen Abbati suo renunciatur. Juratq se in posterum, non modo suis Ordinationibus, morem gesturum, sed et Sententiis Delegati Judicij Apostolici pariturum. " " " " " " " " " " " 104.

Moritur tandem Anno 1567.

Vide Reliqua sub Tit: Bulla, Decretum, Commissio, Jezowien Prep: &c:

Andreas I. Abbas Lubinensis vivit Annum 1101. " " " " " 23.

Andreas II. Abbas Lubinensis; per assumptus, a Casimiro Principe diploma Jori annui per Bolesslaum Oppido Civin dati confirmatorium obtinet Anno 1353 — Moritur Anno 1366. " " " " 34.

Andreas III. Vide Chrzczonowski Andreas. " " " " " 136.

Annum gratiæ etiam post Commendatarios vendicat sibi Monasterium. " 101.

Apparatus, et insignia pretiosa Abbatum hujus loci Exterorum militum latrocinijs sublata. " " " " " " " " " " 23.

Approbationes Fundationum. Cui à Principibus Donationes ecclesiæ? " 14.

Arbitramentum Clementis Prepositi Jezowiensis, cum Nicolao Abbate Lubinensi, de Retenta Stanislaj pensione Anno 1437. " " " " 39.

Item – aliud circa idem negotium Alberti Prepositi Jezowiensis, cum Thoma Abbate Lubinensi. Anno 1448. " " " " " " " 45.

Item – aliud Martini Prepositi Jezowiensis, cum Thoma Abbate Lubinensi, in Eodem negotio, per Sanctam Sedem confirmatum. " " " 51.

Item – Aliud in simili inter Paulum Chojnacki Prepositum

Jeroviensem, et Nicolaum Wyszeyński Abbatem Lubinensem, fuisse confirmatum, a Sede Apostolica approbatum. " " " " " " 66.

Item — Aliud in eodem negotio ex Serijs Partium controversijs, inter Albertum a Mozuzowo Prepositum Jeroviensem, et Paulum Chojnacki Abbatem Lubinensem. " " " " " " " " " 96.

Item — Aliud in eodem negotio Martini Stolecki, Prepositi Jeroviensis, cum Stanislao Kiszewski Abbate Lubinensi. " " " " " " 150.

Item — Aliud Mathiæ Abbatis Lubinensis, cum suo Paracho Lubinensi, de Prebenda Panis, Cerevisiæ, et robotibus. " " " " " " 40.

Item — Aliud Stephani Abbatis Lubinensis, cum eodem Paracho, Sententia Episcopi Posnaniensis moderatum, circa Panem, et Cerevisiam. " " 41.

Item — Pauli Chojnacki Abbatis Lubinensis, cum Alberto Sadlinski, Paracho Lubinensi, de Decima Manipulari, de Gorka. " " " " 81.

Arnoldus Episcopus Posnaniensis, Altare Sancti Benedicti Lubini consecrat, Eig bona Wyrzeka, et Proszkow, cum decimis confert. " " 23.

Articuli in Negotio Constitutionis Lubinensis Ecclesiæ, a Loci Ordinario Fratribus Monasterij Lubinensis positi. " " " " " " 140.

Arid pontanus: Andreas Magister Artium, a Chojnacio Abbate Lubinensi, ex Academia Cracoviensi ad hoc Monasterium conductus: Studiorum fraudendorum causa. — Tractatum Sancti Chrysostomi de Penitentia typis vulgatum. Eidem Abbati, et Monachis dedicat. " " 76.

B. B. B.

Baranowski Archi-Episcopus Gnesnensis, cum cæteris Episcopis in Comitijs Regni Poloniæ, ultra publicas contributiones 100 Millia, nomine Cleri Patriæ Obtulerunt. " " " " " " " " 167.

Baranowski Præpositus Kosielnensis, et Officialis Calisiensis in Abbatem eligitur, sed à Rege repudiatur. " " " " " " " " 163.

Bandis Latronum Dux, depredat Thesaurum Monasterij. " " " 177.

Venerabilis Bernardi de Wabrzezno, hujus loci Professi Vita. " " " 176.

Ejus Sepulchrum in Ecclesia Lubinensi ab antiquis: Cultu celebre. " " 11.

Ejusdem Ossa in novam Tumbam, cum antiqua, per Priorem et Fratres, privatim in eodem Sepulchro reponuntur. " " " " " 176.

Idem — non nullis miraculis patratis, apud extraneos inclaruit. 176.

Blasius Abbas Lubinensis, de Silva almerica, dicta Struga Plebańska, cum Parocho Lubinensi dissidet. " " " " " " " " 56.

Idem — Fraternitatem Sagittariorum, in Oppido Swięciechowo, ab Antecessoribus institutam, ad Ordinem redigit, ac Privilegio cum certis Legibus, et Obligationibus stabilit. " " " " " " " " " 60.

Moritur Anno 1522.

Błaszkowski Stephanus hujus loci Professus, annuente loci Ordinario, fit Parochus Lubinensis, Mortuo Simone Secularis. " " " " " 176.

Błoniszowski Plebanus Lubinensis, multa mala Blasio Abbati Lubinensi ocasione Sylvæ = Struga Plebańska = machinatur. " " " " 57.

Boguslaus Episcopus Posnaniensis, Joanni Abbati Lubinensi, Decimas ex certis Villis, per ejus Antecessores usurpatas, pro usu ulteriori approbat: cum obligatione sex Librarum thuris Cathedrali Posnaniensi impertiendi. " " " " " " " 26.

Brzezińscius Jacobus, Canonicus Posnaniensis, Juris Doctor, a Loci Ordinario ad Monasterium Lubinense Visitator destinatur. " " " " 139.

Brzozowiec Nemus Boris Gurka adjacens, a Lempicio Commendatario Lubinensi, reus antibus Fratribus venditur. " " " " " 161.

Bulla Clementis IV. Papæ, qua Abbatem Lubinensem, una cum suo Monasterio in Protectionem Sti Apostolorum Petri et Pauli susipit. 27.

Bulla Ejusdem Clementis Papæ VII. Obligans Præpositum Jezoviensem, pro tempore existentem, ad faciendam Quotannis rationem de: de Bonis Jezow. Anno 1533. " " " " " " 63.

Bulla Ejusdem Clementis VII. Papæ, confirmans Ordinationes Stephani Abbatis Lubinensis, et sui Monasterii, respectu subjectionis Præpositi Jezoviensis, ac certæ Pensionis, sibi ab Eo præstandæ: factas. 52.

Bulla	Ejusdem Clementis VII. Papæ, Approbans Institutionem Nicolai Wyessenski Abbatis Lubinensis, cum Capitulo suo factam, pro Recitatione Officij B. V. M. cum Missa Ejusdem, quotidiè in Ecclesia Parochiali, et Conventu Seruiensi decantanda. " " " " " " " "	66.
Bulla	Pij IV. Papæ Approbans Ordinationem Pauli Chojnacki Abbatis Lubinensis, una cum suo Conventu factam, super censu frumentario, et octo aureis, per Præpositum Seruiensem, quotannis sibi et Monasterio suo, pendendis. " " " " " " "	70.

Vide Reliqua Titulo, Decretum.

C. C. C.

Capella	cum Sepulchro Vladislai Lasconogi Ducis Majoris Poloniæ, quondam in Ecclesia hujus Monasterij constructa. " " " " " "	24.
Item	Capella S. Stanislai Supra Sacristiam, a Stephano Abbate Lubinensi f. ubi nunc vetus Bibliotheca cernitur f. constructa. " " " "	40.
Item	Capellæ Sacri Rosarij initia: Fol. XX. Consummatio " " "	176.
Casimirus	III. Rex Poloniæ; Primus se intrudit, in Electiones Prælatorum ubiusq Clesi. Anno 1460. " " " " " "	48.
Idem	Abbati Lubinensi, Ejusq Monasterio inhibet, ac declarat, nullas in posterum fore Electiones Abbatum per Fratres factas, nisi prius suo Calculo firmentur. " " " " " " " "	49.
Eidem	Regi Episcopus Posnaniensis se submittit, non prius Abbatem Lubinensem Pontificalibus initiaturum, nisi Regis accedente consensu.	49.
Casimirus	III. Rex Poloniæ; Pro 1300 Hungaricalibus pro Expeditione bellica per Stephanum Abbatem Lubinensem sibi datis. Bona Wöwieti a Solutione eximit Privilegio suo: cousq duraturo, donec refusio ejusdem Summæ ex Thesauro Regni subsecuta fuerit. " " " "	47.
de Cichowo	Comes Josephus: Bsmam Virg: M.A.R.I.A.M, cum Cœnobio Lubinensi, Bonorum suorum Cichowo hæredem facit. " " " " "	24.

Cfferuenses exclusis Nostratibus, ex Monasterio Lubensi, Dioecesis Vratislauiensis, per Boleslaum Altam Ducem Vratislauiensem, idem Monasterium Liuo Episcopo Vratislauiensi annuente, occupant. " " " " 7.

Clemens Papa &c: vide Titulo Bulla. " " " " " " " "

Clemens Abbas Lubinensis unicus anni; moritur Anno 1354. " " 34.

Clemens Praepositus Zerouiensis, Nicolao Abbati Lubinensi, remouet pensionem Marasij: Sed arbitramento Archi-Episcopi Gnesnensis ad hoc adigitur et Abbati submittitur. " " " " " " " " " " 39.

Coadjutores Seculares, Regularibus Abbatibus Lubinensibus passim à Regibus intrusi, a Nostratibus vero rejecti. Fol: 107. " " " 136.

Coadjutor Regularis Stanislaus Kiprowski, à Chrzanowio adsciuitur, sed à Nostratibus non acceptatur. Fol: 139. = " " " " " " 143.

Nihilominus pro vero et Legitimo Coadjutore reconoscitur. " " " 145.

Codex à Quingentis propè annis, membrana Exaratus, in hoc Monasterio habitus, ac Nomina Regum, Ducum, ac Antistitum, Sodalitati nostrae adscriptorum continens. " " " " " " " " " 19.

Collegium Lubranscianum Posnaniae Cleri instituendi Seminarij Clericorum tenere declarat Stanislaus Episcopus Posnaniensis. " " " " 103.

—— Idem pensio ab Abbate Chojnacio jubetur dari, sed in cassum. " Ibidem.

—— Tunc temporis à Chrzanowio Abbate Lubinensi acceptatur, in cujus duo Lubinenses Fratres in Eodem Seminario, studiorum causa hospitari, et alij ex Eodem tributo declarantur. Quinimo author hujus Chronici, se id expertum esse fatetur. " " " " " " 143.

—— Idem Collegium Lubranscianum traditur Curae Patrum Societatis JESU " " " " " " " " " " 106.

Dein migrat, et unitur Ecclesiae Cathedrali Posnaniensi, cum qua mutatione cessat obligatio, pro nostris suscipiendis. " " " " 143.

Commissio Apostolica, et pro parte Chojnacki Abbatis Lubinensis, & Consistorio Romano in Personas; Episcopi, Suffraganej, et Officialis Posnaniensis, contra praesumptuosos ausus Alberti à Skrzidzewo, Praepositi Zerouiensis impetrata. " " " " " " " " " " 88.

Confraternitas Sm̃i Rosarij procurante Lempicio Abbate Coronen-

Datario Lubinensi ad Eccleriam hujus Monasterij introducitur. " " " " 159.
Eidem Confraternitati opponitur, Simon Parochus Lubinensis. " " 172.
Conradus Dux Masovie Villas Gora, per Laurentium Palatinum, Ecclesie Jerocinensi donationem, sub certis obligationibus confirmat. " " " 24.
Conradus Abbas Lubinensis, unus ex Primitivis. obiit 14. Martij. " " 15.
Conversus, Monasterij Calvo-Montani, in habitu Secularis aufugus, monasterium Lubinense intrat. Studiorum illi florentium opinione allectus, adeoq, et cum spe promotionis ad Sacros Ordines. Sed irrito Conatu. 159.
Craico Prepositus Jerocinensis, à Conrado Duce Masovie, certas Immunitates, pro Domo, et Ecclesia Jerocinensi obtinet. " " " " " " 24.
Cirinium Oppidum Liberalitate Premislaj, et Boleslai Ducum, Theutonico jure locatur: ac Toti annui, Exemptione à Telonijs Privilegio donatur. 20.
Czarnkowski Andreas Episcopus Posnaniensis, à Sede Apostolica Chojnacio Abbati Lubinensi cum suo Suffraganeo, et Officiali, in Judicem delegatur. 07.
____ Ejus Delegatorij Judicij Decreta = Primum Fol: 96. Idem. = 90.
Idem — Eidem Chojnacio onus elargiendæ Pensionis, pro Collegio Lubranensi imponere conatur; sed sine effectu. " " " " " " 103.

D: D. D.

Dationes Frumentarias, Subditis Monasterij Lubinensis, Cossenam ac Posnaniam nonnisi compostae Vladislaus REX indulget. " " 40.
____ De Quolibet Lanco pendebantur, idq de singulis, singuli Mensij Siligiris duntaxat, et Avenæ dabantur; exterione vero Exactorum, et Tributum exigebatur. Fol: 75. et " " " " " " " 75.
Dationes vero Boradlne vocitatæ, ex singulis nonnisi Villis, et non Lanois exigebantur; Justa evictionem Chojnacij Abbatis. " " " " 74.
____ Eædem dationes, tam frumentariæ, quam agrariæ, in Pecuniarias immutatæ fuerant. " " " " " " " " 75.
____ Ea denique vera Joannis Archi-Episcopi Gnesnen, ac Sensim sublatæ. 75.
Dalecinensis Ecclesiæ Resedificatio. = Fol: 151. Conservatio. " " 166.

De Decima Manipulari, ex Gorka Plebano Lubinensi danda: Narrativa. 91.

Decretum Sae Synodi Provincialis Varsaviensis Ao 1567. celebratae, contra Abbatem, ac praecipue Paulum Chojnacki Lubinens: ex suggestu Alberti a Mozirzewo Praepositi Jezoviensis Latum. " " " " 84.

Idem — Per Archi-Episcopum Gnesnensem, executioni demandatum. " " " 85.

Decretum Judicij Apostolici Delegati pro parte Pauli Choynacki Abbatis Lubinensis, et sui Conventus tutum; contra Albertum a Mozirzewo Praepositum Jezoviensem, ratione subjectionis obedientiae, et Tributorum, ab Eode Abbati et Monasterio tribuendi: " " " " " " " 96.

Decretum Ejusdem Judicij Delegati pro parte Eorundem contra Instigatorem Archi-Episcopi Gnesnensis, absens omnes, judiciarios Processus ac Sententias, contra se emanatas, cum restitutione omnium in pristinum Statum, vim dominium ac Jurisdictionem, in Bona Praepositurae Jezoviensis 98.

Decretum Rndssimi Stanislai Konarski Archi-Episcopi Gnesnensis, decernens Gregorium Stoteski Praepositum Jezoviensem obligatum esse cum Successoribus Abbati, et Conventui Lubinensi solvendi quotannis 100. Hungaricales 150.

Decretum Rndssimi Adami Konarski, Episcopi Posnaniensis, contra Rmum Paulum Chojnacki Abbatem Lubinensem, sub actu Visitationis Monasterij, Latum. " " " " " " " " " 130.

Dispendia Monasteriorum, ex Regia Commendatione Secularium Abbatum. 150.

C. C. C.

Ecclesia Primaria hujus Monasterij, è Lignis fabricata. Deinde à Petro Durin, ex Lapide Secto, quoad Presbyterium Erecta. " " 12.

— A Stephano Abbate hujus Loci elevata, cum Sacello S. Stanislai. 40.

A Nicolao Wyleżynio Tegulis Lateritijs Coperta. " " " " 62.

Ejus Porram cum Altaribus Nicolaus Suffraganeus Posnanien: sis, solemni ritu consecrat. Anno 1462. " " " " " 50.

Ecclesia Parochialis Lubinensis, à Paulo Chojnacki fundata, et elevata, igne vastatur: Ao Dni 1575. " " " " " " 135.

Eccleziam Parochialem Dalecziensem igne absumptam, Kiszewski Abbas ex
novo à fundamentis edidit. Monasterium perfecit. " " " " " " 151.
—— à Rychlicio Suffraganeo Posnaniensi consecratur; Ao 1613. " " 166.
Eccleziam Parochialem Kiszuiensem Monasterio Lubinensi incorporari studet
Kiszewski Abbas. Fol: 151. Erigit q in Preposituram. " " " 152.
Eccleziam Parochialem de cocto latere, in Chojnata erigit, suis sumptibus
Stanislaus Lawadzki, Notarius Terrestris Srodiensis anno 1623. 175.
Eccleziam Hospitalem S. Spiritus in Civin Oppido Nicolaus Wylezinski à
fundamentis erigit. " " " " " " " " " 62.
Ad Eccleziam Parochialem nove Civitatis Gostyn, Joanni Heredi, conantem Lu-
teranum Predicantem introducere: Nicolaus Frater suus gladio mu-
nitus se se cum vitæ periculo opposuit. " " " " " " " 137.
Eccleziam vero B. V. M. extra Civitatem, Idem Joannes Heres de Gostyn,
fingendorum laterum officinam fauit. " " " " " " " 137.
Eccleziam S. Spiritus in Suburbio Gostinensi, Idem Joannes per vim
intercipit, penesq Eam Predicantem Lutheranum locat. " " " " 137.
Electionibus Abbatum Lubinensium Regularium primus vim fauit,
Casimirus III. Rex Poloniæ. " " " " " " " " 40.
Eosdem se intrudunt, Sigismundus Augustus, Fol: 107. Stephanus Batory,
Fol: 136. et Sigismundus III. Reges Poloniæ. " " " " " 143.
Electione formali ac Canonica, Abbatum Lubinensium Fratres, ex toto
fructum caperunt. Ab Anno 1604. " " " " " " " 150.
Eilinus Abbas Lubinensis, ex Primicerius moritur: Die 7. Martij. " 15.
Ex dicitionis Primitiæ Bonorum pro Fratribus à mensa Abbatis rudis
Idea. " " " " " " " " 51.
Item — Alia formalis sub Kiszewski Abbate Lubinensi. 151. " " " 175.
Excommunicatus legitimè, ab Abbate et Capitule, nequit a quoquam absolvi 90.
Eustachius Wothuicz Abbas Commend: Lubinensis: Vide sub Litera W. 162.

F. F. F.

Florianus à Krobia ex Ordine Crucigerorum, intrusus Abbas Lubinensis, Tol: 6x. Depositus, et pensione 25. florenorum ad suæ vitæ tempora constitutus. " " " " " " " " 6x.

G. G. G.

Garby Bona Monasterio Lubinensi, pro sarciendis damnis adeduntur. " " 32.
—— Vocantur in dubium, sed sententiæ Czechonis Judicis Posnaniæ confirmantur. 34.
—— Oppignorantur Pierzchlinsiæ ad extrema sui, Uxoris, ac Filij, vitæ tempora. 128.
Georgius Abbas Lubinensis, à Vladislao Rege Polon: certas immunitates, pro Civitate Swiqiechow: cum Foro Septimanali impetrat. " " 30.
Georgius Civis et Scultetus Swiqiechoviensis, Eleemosinas per Poloniam, Silesiam, Moraviam, Bohemiam, ac Russiam colligit, deq jis exstruxit Swiqiechoviæ Ecclesiam è muro à fundamentis extitit. " " " " 55.
Grzewcow Bona et Wrzawo f: forte Woniew: donatione Henrici Ducis Silesiæ Monasterio Lubinensi adeduntur: approbante Vladislao Duce Poloniæ. " " " " " " " " " " 24.
—— Eadem Bona Stephanus Abbas Lubinensis previo Regis Casimiri III. consensu pro 1300 Hungaricis in stipendia Exercitus Regni oppignorat. " " " " " " " " 47.
—— Sed Albertus Abbas ejus Successor eadem mox redimit. " " 50.
Grimslij Joannes Suffraganeus Posnaniensis Administrator temporaneus Wolfowicij, Lubini moritur, ac in Sepulchro Fratrum reponitur. An: 1626. 177.
Gostynskij Joannes Hæres de Civitate Gostyn, et Czerwona Wieś, miles Hierosolymitanus, Laurentio Abbati Lubinensi, et Simoni Præposito Sagoszinensi infensissimus Inimicator, ac multarum injuriarum author. 69.
Gostynscy Joannes et Nicolaus Germani, sed Religione dispares, ex motivo Religionis, inter se dissentiunt, ac altercantur. " " " " 137.

H. Ch. H

Hasenpulchrius Jacobus à Stanislao Kiszewski Abbate L. I. Sacerdos doctus ac pius, è Seminario Vilnensi Sanctæchociæ ad curam animæ evocat: 147.

Hellinus Abbas Lubinensis; Bis ad Regimen assumptus: Approbationem omnium Villarum, Monasterio suo donatarum, specificam à Premislao I. Duce Poloniæ impetrat. " " " " " " " " " 25.

Idem — Donationem Cichowo, per Eundem Ducem confirmari curat. " " " 26.

Helius Josephus, quondam Vicarius Ecclesiæ Cathedralis Vilnensis, municus certam pecuniæ suæ Summam Consuli Cicinensi Alberto Szymak in censum Xenodochio Lubinensi pendendum quotannis obsignat. " " " 166.

Henricus Dux Glogovia, Bona Woniesi et Wąsowo Monasterio Lubin. donat. 24.

——— Idem tempore Interregni, Varia libertatum Privilegia data, huic Monasterio ampliat. " " " " " " " " " " 29.

Henricus Suettetus Sanctæchocensis, Vincentium Abbatem Lubinensem, ad Judicium Regis evocat. " " " " " " " " " " 29.

Hæretici, quorum potiores erant tum partes: Ecclesiasticis et potissimum Monachis, ubicis locorum infensissimi. " " " " " " " 73.

——— Eorum invalescente in dies secta pauitas Religiosorum in Monasteriis, adeoq. et disciplina, non nisi hiscens Lubini. " " " " " 77.

Chojnacki Paulus: primum Jeroviensis Præpositus, Electionis suæ à Clemente VII. Papa confirmationem promovat, cum inhibitione: ne ei quisquam Abbas Lubinensis in Possessionem Præposituræ Jeroviensis, se se intrudat. " " " " " " " " " " " 62.

——— Citatus ad Monasterium non comparet; Ad Consistorium Romanum contra Abbatem suum provocat, ac Tres Episcopos Regni Poloniæ pro Patronis, ac Conservatoribus impetrat. " " " " " " " 65.

A Wyszynensio Abbate Lubinensi nihilominus de novo capitur, incarceratur: Ac Tum Archi-Episcopi Gnesnensis implorata. Idem Abbati certis cum conditionibus reconciliatur. " " " " " " " " 65.

Anno Domini 1541. Abbas fit Lubinensis. " " " 71.

— Albertum a Mosiszow in Præpositum Sezoviensem annuente Congregatione creat. Eumq; ad servandas Ordinationes, circa subjectionem, Obedientiam, ac Rationem certæ pensitationis stringit. " " " " 71.

— Multis querelis Nobilium, præsertim Acatholicorum, apud Regem Poloniæ lacessitus. " " " " " " " " " 73.

— Attamen ab Eodem Liber pronuntiatus, ab Exactionibus Frumentarijs, ac alijs pecuniarijs, suas vices supplente Alberto à Mosiszow Præpos. Sezoviæ 75.

— Quem etiam sui nomine, ad Synodum Provincialem ablegat. " " " 78.

— Monasterium istud, melijs à Wyszyńscio cingi cœptis, Supremam manum imponit. " " " " " " " " " " 76.

— Lapidem Lapideam s: veteri demolita :s novam pro sui, Fratrumq; Cœmeteriate, de novo erigit. " " " " " " " " " " 92.

— Andream Aviponianum Artium Magistrum, ex Academia Cracoviensi, pro studijs Juvenum Nobilium, et Religiosorum Juniorum, sumptibus suis, de Industria fovendum curavit. " " " " 76.

— Albertum à Mosiszow Præpositum Sezoviensem, contumacem, ac sibi rebellem, Ordinationis suæ contra illum factæ, approbatione per Pium IV. Papam obtenta commonet. " " " " " " " " 78.

— Imo contra Eundem magis insolescentem, Convocato toto Capitulo Fratrum, Processum formal: contumaciamq; excommunicat. " " " " 92.

— Et demiq; post Varia Juris dispendia, summa quantumvis protectione Archi-Episcopi Gnesnensis suffultum, ad Ordinem, Obedientiam, Subjectionem, ac tributorum pensitationem reduxit. " " " " " " 96.

— Abolet de Forma Solemnis Professionis Clausulam: Quantum fragilitas mea humana permittet. " " " " " " " 78.

— Sigismundo Regi Poloniæ, Alboinum Krzyżowski per fas, et nefas sibi in adjutorem Coadjutorem obtruenti, fortem per omnia se exhibuit Athletam; a Fol. " " " " " " " " 107.

Abbatis hujus genuina Indoles, ac Character depingitur. 133. et sequentibus.

Acquisita Bona, in Districtu Ravensi: Bonis Sezoviensibus à Boleslao Duce Masoviæ adjecta: propter tamen distantiam loci de consensu Fratrum avulsa, ac Præpositurae ibidem sitæ applicata. " " " " 29.

Sawadzki Stanislaus Notarius Terrestris Siradiensis, Ibidem propriis sumptibus Cubertam Lateritiam condit. Ao 1623. " " " 175.

Hosius Stanislaus, S.R.E. Cardinalis è Concilio Tridentino, s. Cui nomine et ex Persona Pij IV. Papæ præsidebat: ad Suum Episcopatum Varmiensem redeundo, monasterium Lubinense visitat, ac hospitatur. " " 106.

—— Ejusdem Litteræ Chojnacio Abbati Lubinensi, in negotio prætensi Coadjutoris Krzyłowij, vix non vatidino Spiritu datæ. " " " " 119.

Chronicon ipsius Monasterij Lubinensis, Finis, et utilitas. " " " 6.

—— Ejus fontes et loci, ex quibus passim quoad sæcula anteriora hausta est. " " " " " " " " 5.

Chrzuchorski Andreas Abbas Lubinensis, Stanislaum Augustum eligitur. " " " 136.

Ejus Electio a Rege Poloniæ initio rejicitur, sed tandem ob preces quorundam sibi Familiarium acceptatur, ac ratihabetur. " " " " 136.

—— Idem Stanislaum Kiszewski, adhuc Novitium inter ejus Fratres, Monasterij in Coadjutorem adsciscere nititur. " " " " " " 138.

—— Quæ Adoptatio, etiam secundario sentata, a Fratribus rejicitur. " 143.

—— Valida attamen Communitate pro legitima acceptatur. " " " " 145.

Moritur tandem Ao D: 1500.

J. J. J.

Jacobus I. Abbas Lubinensis, sæpius ad Regimen assumptus, pluri-mas Confirmationes Privilegiorum, à Regibus et Ducibus Polon: impetrat. 26.

Jacobus II. Abbas Lubinensis Donationem Villæ Garby, ratam haberi procurat.

Janko Abbas Lubinensis unus ex Primitivis. Moritur circa An: 1210. 24. Aprilis.

Strzoviense Cœnobium, cum suis Bonis, Duces Masoviæ Abbati Lubinensi in Regimen, ac Dominium perpetuum tradunt, ac subjiciunt. " " " 24.

Idipsum approbante Bolesl.o Duce Masoviæ, ob Eximia merita, Martini Abbatis Lubinensis de anno 1270. " " " " 31.

Eidem Cœnobio Miſirinus Comes partem littoris Fluvji Rawa pro tholetina cum omni jure donat. " " " " " " 31.

Jezowo Villa. Siemovitus Mazovie Dux, ad Preces Abbatis Lubinenſis, et Prepoſiti Jezovienſis, Jure Civili, et Theutonico locat. de: " " 33.

Jezovienſes Prepoſiti, Abbati et Suo Monaſterio recalcitrantes, Fol: 39. " "
41. 51. 56. 62. 70. usq ad fol: 103. et deinc. Folio: 149.

Jezovienſi Prepoſiture de novo aſſeruntur Kaiſka, et Lokatowa Wola. 169.
Vide sub Litera K. Kossnowa.

Jezovienſes Oppidani, apud Stephanum Abbatem, et ejus Conventum, Innovationem antiqui Privilegji impetrant. " " " " " 42.

——Quam Sigismundus I. Rex Poloniæ confirmat. " " " 46.

Idem apud Archi-Epiſcopum Gneſnenſem, in ſuo Prepoſito Privilegii Alleviationis ab oneribus impetrant. " " " " " " 62.

Interregni jura Fata Venceſlai Bohem: et Polon: Regis, fata diverſa. 29.

Joannes Archi-Epiſcopus Gneſnenſis, una cum Synodo Caliſiji celebrata, coæquationem Privilegii nobilium cum Spiritualibus, circa Exactiones pecuniarias amplius non ſolvendas, à Rege Poloniæ impetrat. " " 75.

Joannes I. Abbas Lubinenſis bis aſſumptus. Donationem Bonorum Grieuow, et Wazow, à Henrico Duce Sileſiæ, Ejusq confirmationem, a Vladiſlao Duce Poloniæ obtinet. " " " " " " 24.

——Item: A Boguslao Epiſcopo Cosmanienſi, quarundam Decimarum ex nonnullis Villis, pro ſuo Monaſterio pretenſarum usum impetrat. " " 26.

Joannes II. Abbas Lubinenſis, qui fuit in Regimine ad Annum 1356.= 1371. " " " " " " " " " " " " 35.

Irka Bona: Pro Pago Marzyszow, commutat Martinus Abbas Lubinenſis, aſſentiente ad id Premyslao Duce Poloniæ: " " " 32.

—— Sed Mathias Abbas, Ejus Succeſſor, Eidem Bona Irka Suo Monaſterio, vendito Starkowice recuperat. " " " " " 40.

Juramentum Fris Alberti à Notizionem, Abbati et Monaſterio Lubinenſi in aſſecutione Prepoſiturae Jezovienſis præſtitum. " " " " 72.

—— Item aliud— Ejusq; Ibidem quibus Supra, pro manutentione Sententiæ Judjji Delegati, coram se Latæ exhibitum. " " " 101.

K: K: K:

Warnkowski Stanislaus Archi-Episcopus Gnesnensis Gregorium Stolecki, Præpositum Jezoviensem, ad solvendos quotannis R: Stanislao Kiszewski Abbati Lubinensi 100. Aureos Hungar: suo Decreto stringit. " " 130.

Kiszewski Stanislaus ab Andrea Chrzanowski Abbate Lubinensi, adhuc novitius, in Coadjutorem adsciscitur, ac Præpos. Jezoviensis nominatur. 139.

Huic Coadjutoriæ opponunt se Fratres: Nuntij Apostolici Jesuitæ Authoritate. Fol: 139. Imo Chrzanowski Abbati hanc iterantj, se opponunt, ac ad Judicium Archi-Episcopi Gnesnensis provocant: " " 145.

Sed tandem placati: Do legitimo Coadjutore Eundem recognoscunt. " " Ibidem

Anno Domini 1500. Fit pleno jure Lubinensis Abbas. " " " 146.

Capitula Generalia cum Præpositis, ac Delegatis ab Ordinario Posnaniensi sæpius celebrat. Ritus dispares è Congregatione Lubinensi, tollit. Observantiam Regularem implantat: De Spolijs Proprietariorum, eorum Nummis, conflatis binas Opsanotheras confici: Studia resuscitat: Eaq continuanda in posterorum imperij. " " " 147.

Hæresim Lutheranam, et Oppido Sulęcichowa zelosissimo, imo dextrimè profligat, et exterminat: Ibidem in Ecclesia Parochiali pro Horis Dominæ V. MARIÆ recitandis, censum inscribit, ac Scholam Musicorum instituit. fol: 148. Gregorium Stolecki Præpositu Jezoviensem tributa convecta solvere renitentem pœna Censuris ac Decreto Archi-Episcopi Gnesnensis coercet. fol: 150. Parochialem Ecclesiam in suis bonis Hæreditarijs Kiszewo in Præposituram erigit, suoq Monasterio incorporari fecit. fol: 151. 152. Eustam Jezoviensem Ecclesiam Parochialem è muro, sicuti et Abbatiam, à fundamentis exstruit. In Kozłownio Lubinensi 10. Pauperes certa Panis, et Cerevisiæ portione, tum reliquijs Mensæ Fratrum sustentandos instituit. " " " " " " " 151.

A Mensa Abbatiali, certa Prædia et Possessiones Fratribus

erdivisit, adveniente ad id Consensu Sigismundi III. Regis Nei non Gosliecji, et Opalinji Episcoporum Posnaniensium approbatione: de ds.	151.
Doctorum Virorum, ac Studiorum præcipuus Cultor, ac Fautor. " "	Ibidem
Germaniam ac Italiam ipse Studiorum causa peragravit. " " "	146.
Romam iterato adivit. Et deinde cum Opalinio Præposito Plocensi Regis nomine, ad Aveiae Regem Legatio, Secretarius Legationis legitur. " "	151.
Podagra ac morbo articulari correptus, Kriinii moritur. Anno 1604.	
ultima masculæ Stirpis Kiszianæ prolis, ultimusq; Abb: Regul: Lubinen.	152.
Hæc in Chronico, Ejus Elogium sincerum. " " " "	146.
Konarski Adamus Episcopus Posnaniensis, in sua Persona visitat Monasterium Lubinense ibidemq; Paulum Chojnacki Abbatem de plurimis; suo Decreto redarguit. " " " " " " " " "	130.
Kotwicki Lucas: Primo Premysliensis, deinde Posnaniensis Episcopus, hujus Monasterij Lubinensis Professus: per Sexennium Abbatiam Lubinensem administrat. Electionem novi Abbatis Lubini præsidit: gregario Milite stipatus. " " " " " " " " "	135.
Chrzanowium Stanislaum Electum Abbatem, apud Regem Stephanum dejicere conatus: Sed desinit promotus, ad Insulam Posnaniensem fol: 136. Multisq; instantijs extorquet a Chrzanowio Penitentiam in pecunia ac Leguminis Collegio Lubransciano in Seminarium Clericorum converso impendendam. " " " " " " " " "	142.
Favet plurimum Caldfactoriæ Kiszianæ, ab Eodem Chrzanowio in ejus Fratribus adsitæ, sed frustra. " " " " " " "	139.
Kozielnensis Monasterij à Mieczisl. Duce Poloniæ fundati, mentio. " "	9.
Kozinka, et Wola Lokatowa accedunt de novo Præposituræ Sieradiensi. " "	169.
Kowalski Martinus h: l. Professus Wollowiczi generos-vices, Generale Capitulum cum Præpositi, ac Parochio Monasterio Lubinensi annexis celebrat, duosq; Fratres inurrigibiles à monasterio pellit. " " "	190.
à Krobia Florianus Abbas. = Vide sub Litera F. Florianus.	
Krosnowa Villam à Borise Jerewo Siemovitus Dux Masoviæ avellit.	33.
Krzyżtowski Stiborius Canonicus Cracoviensis, et Secretarius Regis, à Sigismundo Augusto Rege Poloniæ, Paulo Chojnacki Abbati Lu=	

binensi, primus Secularis in Coadjutorem obtruditur, à fol. 107. et sequentib.
—— Idem post varias tentatas artes sua frustratur desiderio. " " " " 127.

L. L. L.

Lambertus Abbas Lubinensis: unus ex Primis: Moritur 9. Decembris. " 15.
Lanceorum, tempore Chojnacji Abbatis Emensuratii, et Qualificatio. " 75.
Lapidearum, seu Domum muratam, veteri demolita: Chojnacius, pro sui, Fratrumq. Commoditate, de novo edificat Posnaniae. " " " " 92.
—— Eandem Wolfowicz, Abbas Commendatarius Lubinensis, jure perpetuo Monasterio huic cedit, ac Fratres, studiorum causa ibidem fovendos. 175.
Laskonogi Vladislaus, Sradae moritur: Lubini in sua Capella sepelitur. " " " 24.
Laurentius I. Abbas Lubinensis: Moritur anno 1402. " " " 37.
Laurentius II. de Miloziewo Abbas Lubinensis, à Joanne Gostynski Haerede de Ceravona Wies, multis angarjis exagitatur. " " " " 69.
Librum Specialem pro ingrossandis Decretis Abbatialibus Judiciarijs Subditorum, ac aliarum Transactionum, per unum è Monachis Cancellarium, Thomas Calisiensis Abbas Lubinensis confici. " " " 51.
Literarum Laurentij Abbatis Lubinensis cujusdam Praelato Collegiat Cathedral. Posnaniensis se ad installandum Gremio Canonicorum invitantis, datarum Copia. " " " " " " " " " " " " " 22.
Item Folio " " " 70.
Item Alberti a Miszkowo Praepositi Jaroviensis Paulo Chojnacki Abbati Lubinensi scriptarum. " " " " " " " " 93.
Item Pauli Chojnacki Abbatis Lubinensis Andreae Zamkovio Episc. Posnaniensi scriptarum, cum renovatione obtrusae pensionis pro Seminario. 104.
Item Ejusdem Responsoriarum Sigismundo Augusto in negotio Krzyzewij, sibi in Coadjutorem intrusi, Copia: 108. 110. " " " " 122.
Item Petri Myszkowskii Vice-Cancellarij Regni. 112. Stiborij Krzykowskii. 114. Stanislaj Hosij Cardinalis. 119. Alberti Sadlinskii Epi-

positi Crivinensis. 125. Sigismundi Augusti Regis Poloniæ &c: Fol: 107. 109. 121. &c: &c: In eidem negotio Literarum Copiæ.

Lubinense Monasterium circa Annum Christi 1113 fundatur. " " 6.
Varsjs, circa sui Fundationem opinionibus obnoxium. " " " Ibidem.
Imo et Ipsum, Fundatorem Michaelem Comitem Skarbek, ex sola Traditione, ac Necrologij assertione nanciscitur. " " " " 10.
Primeva Ipsius dotationis Litera, injuria temporum sublata. " " 12.
Quam celebre ab initio sui extiterit? 33. Donarijs pretiosis honoratur. 20.
A Regibus et Ducibus Poloniæ; Tum Antistibus, ac alijs etiam exteris Prælatis frequenter, devotionis causa visitat. 19. 23. 25. Quam plurima olim possidebat Villas, Lacus, ac Oppida, a fol: 13. usq ad 14.
Primum in Regno Poloniæ Casimiro III. Regi submittit se, ad Electionem suorum Abbatum non procedum, nisi de ipsius Licentia. " " " 40.
Habuit nihilominus Abbates Regulares, f. Regibus quandoque se opponentibus: / usq ad Annum Domini 1664. à quo Seculares Commendatarij invaluerunt. 150. Claret Sepulchro Venerabilis Servi DEI, Bernardi à Wąbrzyno, olim Sanctitate, ac miraculorum dono conspicui. Sui vero Professi ac Sacerdotis. " " " " " " 11.
Lubinenses Parochi, olim sui Monasterij passim erant Publici Notarij. " " 57.
Eorundem, circa Agros Prata, ac Sylva Struga dissidia. &c: &c:
Lubusense, seu Lubense Monasterium, in Diœcesi Vratislaviensi olim Poloniæ additæ; Nostrates Benedictini Cluniacenses inhabitabant. " " " 7.
Lubranciarum Collegium: Vid sub Litera C. Collegium Lubranciense.
Lempicki, Jacobus I. Abbas Commendatarius Lubinensis: 150. Ejus Ordinationes in Monasterio. " " " " " " " 159.
Confraternitatem Rosarij induxit. Collectus sieri monachus, sed moritur. 161.

M: M: M:

Martinus I. Abbas Lubinensis, Donationis Coenobij Jezoriensis, suo Monasterio Lubinensi, per Duces Masovie olim facte confirmationem obtinet.	20.
Villarum Wieszkowo et Harbedino, suo Monasterio firmat: Imo et alias quam plurimas de novo acquirit. a fol: 29. " " " " " "	
Matthias I. Abbas Lubinensis, apud Vladislaum Regem Poloniæ, novam Locationem Villarum, per Hostiles incursiones exustarum impetrat. " "	30.
Villam Irka pro Marzyszewo commutatam, Monasterio reuperat; " "	
ad Annum 1434. moritur.	ibid.
Mathias II. Abbas Lubinensis, Qui Arbitramentum iniit, cum Parocho Lubinensi, de Bebenda Panis, Cerevisiæ robotibus, seu Lignis &c: " "	40.
Mathias III. de Miechorzewo Abbas Lubinensis: Petrum Præpositum Jezoriensem, Pensionem Stanaszij sibi reddendam compellit. moritur ao 1510.	56.
Marzyszewo. Fundi deserti Oppido Krzywień Albertus Abbas Lubinensis incorporat. " " " " " " " " "	30.
Sed iterum ab Alberto II. suo Successore, iterum pro Monasterio reuperantur.	51.
Marzyszewo Lacus pro Irka commutatur. " " " " " " "	29.
Milski Stanislaus Canonicus Crucinensis Notarius Apostolicus, et Ecclesiæ Cathedralis Posnaniensis Pœnitentiarius, Lubini fit Monachus, Officio Pœnitentiarij, usq ad sui mortem perfungitur. " " " " "	173.
Miscimirus Comes Conventui Jezoriensi partem Littoris Fluvij Rawa, pro extruenda ibidem molestina donat. " " " " " "	31.
à Modrilowo Laurentius Abbas h.l. sollicitatur a quibusdam Prælatis, Ecclesiæ Cathedralis Posnaniensis per Literas ad solvendam certam pensionem pro Collegio Lubranensiano Posnan: " " " " "	70.
Idem arguitur: Quod se Collegio Canonicorum Cathedr: Posnaniensium non installaverit; &c: malaq notæ rerum fecerit. " " " "	71.
Malowieski, Commendatarij IV. Abbatis Lubinensis mentio. " " "	101.
Monasterium Lubinense habet membra à se dependentia: = Ob quæ? " "	11.
Fit inhabitabile propter Hæresim Lutheranam invalescentem. " " "	77.
Depredatur multoties ab Hostibus. Imo et à Vicinis ex Odio.	

Monasteria Regni Poloniæ parent Jurisdictioni Abbatis Tinecensis. " " 18.
____Eorum Initia ex Chronologicis Polonis; a folio. " " " " 5.
____Ea ac Opinio; quod fuerint omnia Congregationis Cluniacensis. " " 16.
Monachorum nomen, non modo à Heterodoxis, sed et eorum Fautoribus, floui perditur: Bonis vero eorundem, undiq; insidiæ parantur. " " 73.
Monachi Lubinenses ob dejectam Kiszewji Coadjutoriam, mala fama gra: uiter laborant. " " " " " " " " " " 139.
____Hoc attamen in punito, suum eorum: circa Jura sua Constantia. " 145.
____Eorundem Cautio circa reclamationem Professionis unjustam Fratris. 160.
____A primo primitus: fol: 17. 36. et Secundario. = Cluniaco adducuntur. " 104.
Monumenta Abbatum Lubinensium, in sua Cubicia erecta. " " " 56.
Myszkowji Vice Cancellarji Regni, pro Hiborio Krzyłowio, nomine Regis, in Coadjutorem adsiuendo, Commendatoria Litera. " " " " 112.

N. N. N.

Nicolaus Vir Nobilis de Malczewo. Alberto Abbati Lubinensi 200. Marcas mediorum Grossorum bonorum, pretia obligatione pro sui anima perpetuo adimplenda, pro Exemptione Bonorum Wonicu, causa expeditionis Bellicæ oppignoratorum donat. " " " " " 50.
Nicolaus Episcopus Posnaniensis, Fautor, et Benefactor hujus Monasterji. 27.
Nicolaus Episcopus Moldav: Suffraganeus Posnaniensis, Ecclesiæ Lubinensis cum Altaribus ornatus. " " " " " " 51.
Nicolaus I. Abbas Lubinensis bis assumptus, circa annu: 1364. mortuus 1366. 35.
Nicolaus II. à Drzewcowo Abbas Lubinensis, sub Cujus Regimine Possessiones Monasterji magnis cladibus afficiuntur. " " " " " 36.
Nicolaus III. Abbas Lubinensis: Bis pariter assumptus, Clementem Jeczonem Præpositum, ad solvendam sibi pensionem Starostji arbitramento adigit. 39.

Nicolaus IV. Wyszyński Abbas Lubinensis, vide sub Litera W.

Nundinas, et Mercaturas liberas, certis anni diebus Lubini exercendas ad preces Wojstai Abbatis Lubinensis, Premislaus Dux concedit. " " " 25.

O. O. O.

Obligationes huic Monasterio à Fundatoribus impositæ fol: 23. 24. 25. 26. 29.

Opatovicense Monasterium in Bohemia Philadelphico nexu, cum Lubinensi uniitur, et a Zyska Hussita funditus evertitur. " " " " " 36.

Ordinationes variæ Abbatem Lubinensium respectu Præposituræ Jerov: Fol: 62. " 70.

Ovinensis Abbatissa, cum suo Conventu, de censu, ex Lapidea Posnan: Choronatium Abbatem Lubinensem, ad Judicium Administratoriale trahit; Eundemq; in grossis duodecim repetit. " " " " " " 92.

P. P. P.

Paulislaus Palatinus Cœnobio Jerovensi donat Villam Sora. " " " 24.

Pater quidam hujus loci Professus ruptione venæ, in lecto dormiens Sanguine fluitans moritur. Fol: 166 Item alius morbo laborans Melancholiæ furnaum ardentem intuliens combusitur. " " " " " " 170.

Patres hujus Monasterij ad Regimen aliorum Monasteriorum passim postulantur. fol: 165. 166. 176.

Patrum hujus Monasterji una reclamatione Professionis, unius Fratris, prudentia. fol: 160. " " " " " " Item Folio Eod. " "

Paulus V. Papa. ex divisionem Kisewinianam approbat. " " " " 151.

Paulus I. hujus loci Abbas, ex Primis: moritur, 23. Februarij. " " 15.

Paulus II Abbas Lubinensis; Villas Luszkowo et Surgicie Monasterio

acquirit. fol: 33. Villam quog Jerzow, jure Civili, et Consensu Removiti Duris Masovia locat. ad Moritur. Ao 1335. " "	33.
Paulus III. Chojnacki Abbas Lubinensis. Vide sub Litera, Ch. " " " "	
Pensiones praetensa pro Collegio Lubranensiano. fol: 103. 142. " " " "	
Item alia pensio Tribunalitia, et Synodali Decreto imposita. " "	143.
Petrus I. Abbas Lubinensis ex Primis: Moritur 4. Januarij. " "	15.
Petrus II. Abbas Lubinensis vina Omnium 1335. " " " "	34.
Peregrinus Majoris Poloniae Praefectus, depopulat Bona Monasterij. " "	36.
Pierzchlińscki Aulicus Sigismundi Regis Poloniae, Bona Garby à Paulo Chojnacki Abbate et Conventu, sine vim cessionis Privilegij ad Abbatiam Lubinensem dati, pro se, sui uxore, et Filio obtinet. " " "	127.
Praefatio hujus Chronici Authoris, alliciens suos Confratres ad utilem lectionem Ejusdem: Imo cautia addens ad similia imitanda. " "	1.
Praepositi à Monasterio Lubinensi dependentes, non sunt perpetui. " " "	11.
Premyslaus II. Dux Poloniae devotionis Causa visitat Ecclesiam Lubinensem; Prog Nundinis in Villa ejusdem dat Privilegium. " " "	25.
Ejusdem Speciale Privilegium cum certis prerogativis Abbati Lubin: datum.	20.
Privilegium Stephani Abbatis Lubinensis, Oppidanis Jenovicensibus innovatum.	42.
Priepiettowicz Niclaus Palatinus Calisiensis, Notoconium cum Ecclesia S. Spiritus Extructam, in nova Gostyn Civitate attribuda, Ejdem pro dote Villa Stary-Godzyn: Nodam Praeposituram erigit. Eig Patronum Abbatem Lubinensem, cum certis conditionibus instituit. " " " "	31.
Przerembski Joannes Archi-Episcopus Gneznensis: In Synodo Dioecesana Varsaviensi sanit: ut Singuli Episcopi, in suis Dioecesibus Collegia Scholarium erigant, cum profitione fidem orthe, et amictus. " "	103.

Q: Q: Q:

R. R. R.

Ratificatio Professionis, per Fratrem Hieronymum Clavisium revocata. " 160.

Rychlicki Andreas Suffraganeus Posnaniensis, a Wolkowicio Abbate Commendatario Lubinen: suus Administrator temporaneus instituitur. " " 165.

——Idem: In presentia Ejusdem Wolkowicji, Ecclesiam Parochialem Dalewiensem, de Anno Domini 1613. consecrat. " " " " " 166.

Robertus I. Abbas Lubinenesis } Ex Primis } Moritur 15. Januarij. 15.
Robertus II Abbas Lubinensis } } Moritur 14. Decembris.

S. S. S.

Sacellum. Vide Titulo, Capella.

Sandke Praepositus Chojnatensis primus suum Abbatem Lubinensem hinc olim, in Jus ad Episcopum Ordinarium trahit. " " " " " 39.

Sanner Bartholomeus Parochus Swiebodzinensis et Decanus, Ecclesiam ibidem extructam ac Eleemosinis per Georgium Civem, et Sultetum itidem Swiebodzinensem, in Silesia, moratis, &c: collectis, de novo Extructam, ex altera parte, suis impensis amplificat. " " " " " " " 55.

Sadlinski Adalbertus Parochus Lubinensis, Paulum Chojnacki Abbatem Lubinensem ad extradendam sibi decimam Manipularem: non vero pecuniariam de Villa Ilka, Decreto Consistoriali adigit. " " " " 91.

——Idem, Eundem premonet, ac consilijs juvat, contra illatum Krzyckiji Coadjutoriam aggredi satagentem. " " " " " " " 126.

Sapinski Martinus Haeres de Mchy, Ecclesiam Parochialem ibidem sitam, in Praeposituram erigere, Ejq Lubinenses Patres praficere, cum auctione dotis, ac cessione Juris Patronatus intendit: sed Ejus votum à Monasterio non acceptatur. " " " " " " 171.

Scripturæ quam plurimæ antiquitatum hujus Monasterij, ad præsens deperditæ: in hoc autem Chronico citatæ.

Sultetiarum in Bonis Monasterij Lubinensis existentium ratio. Tum hujusmodi Sultetorum quoq; functiones ac Obligationes non contemnendæ. „ „ „ 30.

Seminarium Posnaniense. Vide titulo: Collegium Lubranciarum.

Semovitus Dux Masoviæ Villam Jerbowo Abbati Lubinensi, jure Civili, ac Theutonico locare permittit. „ „ „ „ „ „ „ „ 33.

Sigillorum Monasterij Lubinensis Insignia ab antiquo usitata. „ „ 11.

Sigismundus Augustus Rex Poloniæ, ad Abbatias ac Præposituras Insigniores, prohibet Plebejos promoveri. fol: 76. Sanxit ut Abbates in Monasterijs certum numerum per Ordinarium designandum, nobilium Puerorum foveant, ac studijs imbuant. fol: 76.

De Varijs tributis sibi præstandis, Chojnacium Abbatem citat. fol. 75. 77.

Idem — Eidem Abbati Siborium Krzyhowski Canonicum Cracoviensem Secretarium Suum pro Coadjutore sibi adjungendo literis, minis, ac varijs artibus obtulit. a fol: 107. et sequentibus. His attamen frustra tentatis. = Liechtenstenium Aulicum Suum Secularem hominem diplomate suo Abbatem Lubinensem nominat. „ „ „ „ „ „ „ 127.

Idem — Bello contra Moschum suscepto exhaustus, subsidijs, tam à Senatoribus, quam etiam à Spiritualibus indiget, ac reficitur. „ „ 120.

Sigismundus III. Rex Poloniæ, Plurimis in Regno Monasterijs, imo et huic Lubinensi per vim intrusit Secularem Abbatem. „ „ „ 150.

Silesienses sub Joanne Leguanensium Duce, Provinciam Majoris Poloniæ hostiliter invadunt, ac devastant. „ „ „ „ „ „ „ 54.

Simon — Parochus Lubinensis Kiszewsio Abbati, ejusq; Monasterio molestissimus. fol: 149. Introductam Confraternitatem S^mi Rosarij ad Lubeiam Conventualem impugnat. fol: 172. ac tandem moritur. 176.

Skarbek Michael, Comes à Gora, Fundator hujus Monasterij Lubinensis, et antiquissima Traditione declaratur. „ „ „ „ „ „ 10.

Sobiesslaus Abbas Lubinensis Sortem pagi Malpino acquirit. „ 36.

Stanislaus I. Abbas Lubinensis Privilegium pro Decimis ex certis Villis Eulecis Stare-Goslinensi, ab Alberto Episcopo Posnaniensi approbari curat. Moritur circa Annum 1444. " " " " 40.

Stanislaus II. Abbas Lubinensis de Stemmate Habdank: Monasterium ad Bona Ejus, Krzywicen, et Jeka, a Censu, 220 Hungaricalium redimit, ac eximit. Moritur Anno 1505. " " " " " 56.

Stanislaus III. Kiszewski Abb: Lubinensis. Vide sub Litera K.

Stallum in Ecclesia Cathedrali Posnaniensi habent Abbates Lubinen: Regulares. 22.

Starzewski Stanislaus Suffraganeus et Abbas Commendatarius Plocensis, è monasterio Lubinensi Monachos, ad monasterium à se noviter conditum, Plociam emittit postulat. " " " " " " " " 166.

Stare-Goslinensis Præpositurae erectio, ac Ejusq: Monasterio Lubinensi, per Nicolaum Brzezkowicz Palatinum Calisiensem incorporatio. " " 33.

Ejus Hospitali census certus manet, in binis Horis, Oppidanorum Goslinensium assignatur. " " " " " " " " 34.

Habuit olim quam plurimos fundos, et hortos in Suburbio Goslinensi, pro præsenti: recuperatu difficiles. " " " " " " " 138.

Starogotfini Andreas Chrzanowski, ob impeditum à Kosierlecio aditum Præpositi ad Monasterium: in Abbatem Lubinensem eligitur. " " " 136.

Starozrebski Adalbertus, à Stephano Rege Poloniæ Chrzanowio Electo Abbati Lubinensi, alius Scularis nominatur Abbas Lubinensis. " " 136.

Stephanus Abbas Lubinensis, ex Magistratu Monasterio postulatus Anno 1444. Eulecium Monasterij, quoad Chorum cum Sacello S. Stanislai ad Sacrario elevat. fol: 40. Arbitramentum Præbendæ solitæ dandæ Cantori et Cereorum Parocho Lubinensi per Sententiam Loci Ordinarij mitigat. Albertum Præpositum Goslinensem, in Consistorio Gnesnensi, ad restitutionem retentorum Mansi ipsi condemnat. fol. 45. Oppidanis quoq: Goslinen: Privilegium igne absumptum innovat. fol. 45. Apud Casimirum Regem de annua Tributorum exactione actum est. 47. Eidem tamen Regi pro expeditione Bellica 1300 Hungaricales, pretia Grandi ex Thesauro Regni refusione contribuit.

ac tandem moritur anno 1460. 40.

Stephanus Altarista Posnaniensis Ecclesiæ S. Barbaræ Alberto Abbati Lubinensi, pro Exemptione bonorum Woniczi 120. Aureos in Fundo Malpino, pro censu recemptionali dator. " " " " " 50.

Stoletti Gregorius Præpositus Stargostinensis, occupatam a Lutheranis Ecclesiam S. Spiritus in Civitate hove Gostin suburbio, strenue recuperat. Annam Stoeckiam Viduam Joannis Gottinski, fautricem hæreticorum, graviter reprehendit. Obtuing sibi Prædicantem de sente dejicit. &c: &c: &c: " " " " " " " " " 137.

Studia in Monasterio Lubinensi Paulus Chojnacki Abbas pro Junioribus Fratribus, et Rudis subiciam instituit. fol. 76. Eq ex antiqua hujus loci consuetudine. fol: 105. Eadem instituit Stanislaus Kiszewski Abbas h: l: pertissimum quem Religiosos studiendos innovat. &c: &c: " " " " " " " " " " " 147.

Suiquechowa Oppidum Abbatum Lubinen. Centarum Libertatum Privilegio donatum. " " " " " " " " " " " 28.

— Eidem Oppido Vladislaus Rex Poloniæ, vectas immunitates peculiari diplomate confert. Forum q Septimanale ibidem instituit. 30.

— Ibidem Confraternitatem Sagittariorum, contra insultus Stelletorum quondam institutam, Blasius Abbas Lubinensis suscitat ac ad ordinem redigit. fol: 60. Stanislaus vero Kiszewski Abb: Lubinen: illud Hæreticis purgat: Luditum omnem certis legibus, a se sanctis ejusq; præludit, ac Scholam Medicorum ibidem instituit. a folio " " " 147.

Vide Religiosa sub Titulis.

Sylva Plebani Lubinensis: vulgo Struga Plebańska dicta, variis disceptationibus, circa Usi Possessionem agitatur. à Folio 57. 149.

Symon Albertus Brocnen. Civis Lubinensis vectam Gemmam Pecuniæ, à Rndo Josepho Stelicz h: L: Professo Xenodochio Lubinensi, in vim pertuli Census datam, cum Codicio censum solvendi acquisit. " 166.

T. T. T.

Thomas I. Abbas Lubinensis sortem Villæ Lagow, à Peregrino Nobili, Monasterio suo acquisit. Moritur Anno 1394. „ „ 37.

Thomas II. à Kalisz Abbas Lubinensis, cum Strzelcijs Bonorum Bilejow Stadiibus, de pascuis communibus concordat, ac populo renovat. fol: 55. Conflict Protocollum, pro inserendis Decretis Judiciarjs per Unum è Religiosis Cancellarium, in causis Subditorum de: Latis. fol: 51. Disidium inter se, et Martinum Præpositum Jezoviensem, de retentione Haraschi, ac Octo Hungaricalium per arbitros utring Leitos comporitis. Quod Arbitramentum a Clemente P. P. approbat. Tyszkowski Mathias, Regis Poloniæ in Hispania Internuntius. III Abbas Commendatarius Lubinensis, In Quo explicit Hæc Chronica. „ „ 101.

U. U. U.

Uchański Joannes Archi-Episcopus Gnesnensis, Electionem Fratris Lazari Skwarski in Præpositum Jeroviensem, ob pensionem Monasterio reservatam, suspendit, Sed tandem plenius de ea informatus Eundem instituit. „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ a Folio „ „ 120.

Unionis primitiæ Monasterij Lubinensis, cum Monasterijs: Mogilnensi, et Opatovicensi in Bohemia, quo ad participationem meritorum mentio. 35.

V. V. V.

Vesimundus Abb: Lubinensis, moritur, 21. Januarij.

Venceslaus Abbas Lubinensis, moritur Anno 1400. " " " 37.

Villæ, et Oppida quam plurima, in limitibus fundationis hujus Monasterij quæ antea serabant specificantur. Idq vario modo; a fol: " " " 13.

Vincentius Abbas Lubinensis, trahitur ab Henrico Sultteto Swiecichowæ ad judicium Bolesłai Ducis Poloniæ. Ibidemq evadit. " " " 29.

Vitzon Comes de Rufa Vallia Insulam penes Crain, in descensu Montis majoris, tam à dextris, quam, et sinistris, cum omni jure Abbati et Monasterio Lubinensi, in perpetuum donat, et largitur. " " 24.

Vladislaus Lesconoi Dux Majoris Poloniæ Lubini in sua Capella sepelit. 14.

Vladislaus Dux Majoris Poloniæ Vallem Lubinensem, in natali Sti Dominj visitat; Privilegia anteriora approbat, certasq obligationes pro sui anima imponit. " " " " " " " " 23.

Vladislaus Rex Poloniæ, exustis Villis Monasterij Lubinensis Mathiæ Abbati Lubinensi, dat licentiam alias de novo locandi; Oppidoq Swiecichowa certas largitur immunitates, cum Institutione fori Septimanalis. " " " " " " " " " " 38.

Vladislaus Loctius, Episcopum Cracoviensem, ac Abbatem Tinecensem, tum Præpositum Miechoviensem, ex sola suspitione pœnis mulctat. " 33.

Voitæus Abbas hujus Loci bis assumptus. fol: 25. " " " 26.

W. W. W.

Weiyda Joannes Archi-Episcopus Gneznensis In Synodo Provinciali Petricoviensi Contributionem sexduplam Omnibus Ecclesiasticis imponit. " " " " " " " " " " " " 100.

Wiatrowicz Civis Cracoviensis pro Erectione Sacelli Sacratissimi Rosarij in Ecclesia Lubinensi, Quadringentos erogat Florenos. fol: 11. et 176.

Wolfowicz Eustachius, primo Praepositus Trocensis, ac Referendarius Regni. Dein IIdus Abbas Commendatarius Lubinensis, ac demum Episcopus Vilnensis, Moenia Abbatiae reficit: = A fundamentis Dormitorium pro Communitate Fratrum edificat: fol. 160. Sodam ac particularia Comitia à Rege mittitur, ac plausibiliter acceptatur Orator. 167. Aedificationi Capellae SSmi Rosarij in parte operam impendit. " " " " " " " " " " " 175.

Wolfowicz, Animi ac Staturae Lineamenta: fol: 160. Status nescius, quantumvis etiam laesitus. fol: 174. Quinimo à Jacovijs laudator. 174.
Capitulum Generale ad instar Kiszouij, cum Praepositis celebrat, ac Statuta quaedam de Consensu Congregationis approbante Loci Ordinario condit. Ecclesiorem Kiszouianam pro Fratribus Rata facit. Romae eandem confirmari facit. fol: 175. Andream Rychlicki Suffraganeum Posnaniensem Administratorem sui quoad Temporalia, fol: 165. In Spiritualibus vero, Religiosum Martinum Kowiecki vices gerentem habuit. fol: 180. Tandem apoplexia tactus, inopinato moritur, Vilnae moritur Anno 1630. " " " 181.

Wyleyenski Nicolaus Abbas Lubinensis bis assumptus: Zelosus ac rigidus Regularis disciplinae Instaurator. fol: 61. Compromissum Martini Praepositi Jezoviensis, cum Thoma Abbate Lubinensi per arbitros factum, respectu pensionis Haraszij, ac Oleo Hungaricalium per Clementem P.P. confirmari facit. fol: 52. Ecclesiae Monasterij posteriorie pasietes humiles elevat, ac Lateritijs tegulis coopesit. 62.
Ecclesiam S. Spiritus cum Xenodochio Civium fundat et edificat. Ibidem.
Imo, et Jezoviensi Ecclesiae posterior pars ejdem adnitibitur. Anno 1530. Privilegium Stephani Abbatis Lubinensis Oppidanis Jezoviensibus innovatum a Rege confirmatum obtinet. Paulum Chojnacki Praepositum Jezoviensem insolentem, ac tributa sibi

conversa denegantem coercet, ac ad obedientiam reduxit. fol. 62. Officium Beatæ, cum missa ejusdem de consensu 80. Fratrum, approbante ipsum Clemente VII. Pontif: Maximo in Ecclesia Jerosolymitana, instituit recitandum quotidie: fol. 66. Summam 1200. Marcarum penes suum Fratrem hæredem, Monasterio Lubinensi inscribit; Prælatu se abdicat. Anno 1535. Moritur vero Anno 1539. " " 60.

H: H: H:

Henrychio Lubinensi Rel: Josephus Heliæ, quondam Vicarius Ecclesiæ Cathedralis Vratislaviensis in post vero hujus loci Professus certam Summam Pecuniæ, cum censu Annuo Eidem solvendo Szymak Consulo Crossnensi tradit. " " " " " " " " 166.

L: L: L:

Lawadzki Stanislaus de Lawady Judex Terrestris Siradiensis, suis Opibus Ecclesiam Parochialem in Chojnata, è muro exstitit. " " 175.

Legnicensium Dux Joannes cum Silesijs Terram Vschowensem, cum sibi adjacentibus Oppidis ac Pagis, Ostenam usq: vastat, ac depopulatur. " " " " " " " " " " " 54.

Lyska Hussita Bohemus, Monasterium Ordinis nostri Opatovicense, in Bohemia fundituus everitit. " " " " " " " 36.

Ut In Omnibus Glorificetur

DEUS.

J. M. J.

Annotationes

ad Historiam Mrii

Lubinensis Crds S. B.

per Reverendissimum Stanislaum Kiesz

kowski ejusdem Monasterij Abbatem

Conscriptae

qui obiit anno D. 1814 die 19. octobris. Vitae suae anno 77 mense 1. die 6. professionis Religiosae anno 57 Sacerdotij anno 53. abbatialis muneris in Lubiń anno 35to qui me etiam ad Professionem Religiosam, anno 1782. die 24. Junij factam, suscepit

Res ardua est, Vetustis Novitatem dare, Novis Authoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus vero Naturam, et Naturæ suæ omnia. — Plinius Major in Præm: Hist: Natur:

Hoc vero Historiæ cujuscunq Officium proprium esse intelligo; ut rerum gestarum memoriam referat, exitus Actionum, et Causas proponat, sita tottis Temporum, Vitæ memoria, Magistra veritatis. — Stanislaus Szrzygielski in Præfat: Lib: II. Hist: Mon: Tynvin.

Ita a Natura in Nobis comparatum est ut singulari quadam vetustatis admiratione omnes trahamur. R.R. DD: Hinc ea, quæ a primi seculi hominibus clarisq profecta sunt, et ad nostram pervenerunt ætatem, multo plures facere consuevimus, quam quæ præsentis ævi industria elaboravit. Atq id merito; Cum enim fluxa sit Sublunarium Conditio, quibus pereuntibus, alia succedunt; hinc fit, ut res, quæ temporum iniquitate superata, quasi devicto scaurorum cursu, infinitos fortunæ fluctus evaserint, animos nostros jucundo sensu afficiant; Varia quippe præteritorum eventa, quoddam quasi vitæ humanæ Theatrum exhibent, ex quo documenta ad actiones petuntur, magisq præteritis, quam præsentibus eruditur. — Ut autem Natalis soli ducatus omnibus est gratior, sic earum rerum notitiâ impensius delectamur, quæ nos de Majoribus nostris s: à quibus ortum traximus, et in quorum loco, ac munia successimus? illustribus factis, deqiè eorum priscis moribus, instruit: quippe vel ex eo, quod illorum laudis et meritæ pars in nos, suo modo redundat. — Idem in Aquil: Ben: Pol: fol: 107.

Ad
Authorem Hujus Chronica
Carmen Paraeneticum.

Nobile Commentum gaudet finxisse vetustas.
Quod fuit e cerebro nata Minerva Jovis.
Fabula prisca fidem, per te Civirii recepit.
Dum paris ingenio Lubinji Chronicon.
Antiquata Domûs revocatur gloria hostia
Dum repetis docto, carmine facta Patrum.
Dum memoras titulos, fundos, et jura prioia
Ingenium subigis, Studia Musa doces.
Quos chare Pater tolerasti sponte labores!
Lubinji pangens Historia seriem.
Te ne hui fama volans, an gloria traxit inanis?
Absit, at ipse DEI et Religionis Amor.

Alias.

Quod olim Stanislao Sirigiensio Tinecia: hoc idem post cursum Centum Virginti sex annorum Rndo P. Bartholomeo Civirinio, Grato animo repetit: Stanislaus Nicolaus de Kieszkowo Kieszkowski, protunc Abbas Claustralis Lubinensis S.L.B.

Qui etiam.

Ad Adm R.R. Prælatos ac Religiosos h: l: presentes et futuros P.L: et F.T:

Doctrina Clarus, calamo Clarissimus Author
Civirinius Vestra gloria pulchra Domûs
Hoc egit. Ut prisci redeant pulcherrima seculi
Doctrina Studia et religionis honos.
Illius hoc animi votum est, hoc meta laborum.
Pectore, quam grato vos retinere decet.
Consilium, sequi: quod candida dictat amoris
Pratia, fabtent: zelus et ipse decet.
Ferveat ut pietas, vestro dos maxima vitæ
Doctrina vigeat sic quoq; prisscus amor.

ANNOTATIONES.

(a) Attamen, si ad tempora antiquiora respiciamus, et rem fidei apte nos referamus, S. Andream Apostolum, Scythiam Europeam, cujus appellatione universus Septentrio continetur, primum ex Achaja, Istro transmisso, ingressum, revelato a Christo Salvatore Nostro, veritatis lumen, in has regiones intulisse, Christianum nomen in Sarmatia Europea implantasse asserimus.—

Nec plane desunt, per octingentos, a Christo nato annos Viri pii, qui partim ex Grecia, partim ex Italia, Germania, religiosissimi, et zelosissimi praedicatores progressi, foverent Semen Evangelii, in agro Sarmatico, suae praedicatione, Poloniam, Magnam Russiam, Bohemiam, Saxoniam, Pomeraniam, Borussiam, Vandaliam, praeceptis, et mysterijs Evangelicis imbuerent: maximè Gregorius Magnus, missis in Angliam doctis, et sanctis Viris, Augustino, et alijs Monachis Benedictinis, Anglos, Veterum Saxonum: quos Sarmatiae partem fuisse nemo dubitat: Sobolem, ad obsequium Fidei Romanae reduxit, totamq. Veterem Saxoniam, Bojariam, et quidquid inter Rhenum, et mare Balticum continetur, felicibus Arctoum Orbem fidei rudimentis imbuit. Non quidem eo eventu, ut simul tota Regna sub Jugum fidei missent, magna tamen ex parte sedentes in tenebris, Sole veritatis illustravit. Ab Anno itaq. Christi nati Septingentesimo Viros Zelo Evangelico ardentes Genti nostrae non defuisse certum est. Quorum labor, etsi non infructuosus fuit, memoria tamen apud nos illorum obscuior, et nisi soli DEO nota nomina. Attamen ad Annum usq. 960. nullus erat, qui Publice nomine Religionem Christianam, palam professeretur, non quod ea res Principum edictis vetaretur, sed quod nullus esset, qui statum Religionis, ad normam Ecclesiae Catholicae formaret, Regibus ut potè ipsis, nondum Sacramentis Coelestibus imbutis. Donec tandem missus, sive Micislaus Monarcha, a Christianis suis Subditis, et quorum multi etiam Regni Primores, et Senatores, pleriq. in Aula Regis nutriti erant: et persuasus sanctè ipse Baptismi abolitus aquis; universis, Sacra Christiana sequi praecepit, facto edicto ad diem Martij Jmum, ut subinde in lacubus Idolis, de lapidibus obrutis, sub confessatione Bonorum, et exterminatione omnes Baptizarentur. Ex Aquil: Benedic: Pol: Man: Bzyg: fol: 12.

(b) Z Historyi Narodu Polsk: X. Adama Naruszewicza B. K. Im: Wyiątek co do tego Punktu. Tom: 2. fol: 136. — Pomiędzy ustawiż= nym prawie Orężu Szczęściem, nie zapomniał Bolesław pomnażać co Oyczyźnie Religią, Nauki, y Obyczaynośc, zakładaniem co Nay pożytecznych, y chwalebnych Rzeczy. Ufundował około tego samego czasu, dwa Klasztory Benedyktynow, ieden w Sieciechowie, drugi na Lysey Gorze. Byli ci Mnisi pierwsi Za= szczepami Nauk, sprowadzeni od Bolesława z Obcych Krajow dla wcze= nia młodzieży, dla oświecenia Krajowey prostoty, a pomocy dla Biskupow. Chwa= lebne zdaie postanowienie, gdyby w poźnieyszych czasu zamiarow swoich nie chy= biło, a czystego, prawdziwego, y uczciwym Obywatelskim oddanego życia mar= twemu mieszaniu, y mało znaiomey nie pozwoliło odludności.

(c) Duod Casimirus I. Rex Poloniæ fuerit Nostri Ordinis Mo= nachus, adeoq; & Fundator Monasterij Tinecensis? Id ab omnibus fam Po= loniæ, quam Exteris Historiographis pro Classico semper dissentatum fuerat. Primus nonnisi Illmus Adamus Naruszewicz pro tuenda Episcopus Cracovi= ensis Smolenscensis in sua Historia Gentis Polonæ Tom: 2do. a Fol: 264. utriq; hoc in dubium evocavit, justene, an vero ex aliqua affectatione? Plawit aliqua= tenus et Ejus Cursi apponebat.

Fol: 266 Nie masz podobno w całey Historyi Polskiey, tak ciemnych y zawikłanych okoliczności, iakie te, które się ciągną do czasow Kazimierza, przezwanego przez Ludzi Mnichem, nim ten Monarcha po Smierci Oyca swego, Mieczysława II. na Tron wstąpił, — Pospolite iest późniejszych Kronikarzow mniemanie, że Kazimierz Mnichem został, y w Klasztorze Cluniackim iuż był Dyakonem, kiedy Go Polacy na Tron przywołali. Nie wymieniamy Tego Zakonu Cluniackiego, a mianowicie Benedyktynom, w wielkich bowiem w Bo= gactwa, powadze y nauce, znakomitym, aby się w Ich Zgromadzeniach Króle= wie, y Synowie Ich, wzgardziwszy Swiatem dobrowolnie, albo z przymusu cia= łem y wszystkiem w niewolnictwo oddawali. Mieli Ka= zimierza Bolesława Syna Władysława I. pod Imieniem Lamposta, iako się niżey obiaśni. Mieli Benedyktyni Włodzimierza Syna Władysława, Xiążęcia Powiechskiego, który im wniosł do Klasztoru Tynieckiego Wieś Łężany, iako się pokazuie z Przywileiu tegoż Xiążęcia danym Roku 1250. potwierdzonego przez Kazimierza Sprawiedliwego w Historyi Tynieckiey na Karcie 153. Mieli ci Be=

nedyktyni,

nedyktyni Władysława Białego, Syna Kazimierza Xięcia Grieckowskiego Litwy dwa razy dwoistą Xiężnę obtekał, y Polskę za Ruskiego zamięszał, Ale czy mieli Kazimierza? — Między Społeczesznemi Kazimierzowi, albo mało co poźniey żyiącemi Pisarzami Litewy, o nim wspomnieli w Kronikach swoich, znayduiemy Kittu, to iest: Wippona, Kronę Praskiego, Chrono-grafa Saxona, y Annalistę Saxona. Żaden z nich o mieszkym życiu Kazimierza nie wspomniał. Piotr Damiani Kardynał, tego samego czasu, co y Kazimierz żyiący, podług Mabillonicusza w Roku 1040. f. Ktorego Kazimierz Zakon porzucił Benedyktyn, lubo pisał żywot Sgo Odylona Opata Kluniaku, zmarłego w Roku 1049. nie czyni żadney wzmianki o tym przypadku Fol. 276. Milcza o Jego Mnichowstwie współczesni Pisarze: milcza kronikarze Kluniaccy, lubo wsich sub Titulo Bibliotheca Cluniacensis, przez Mezier y Chevreseana wydana, życie Sgo Odylona znayduie się. Milcza naconiec Archiwa Rzymskie z Bibliotheka Watykańską.

Fol. 287. Chcialibyśmy przynamniey prawdę, gdyby nam obym, a przynamniey o Jego Imieniu powiedziały to Archiwa Tynieckie, w swoich Funduszowych Papierach, albo też, y o samey Fundacyi Kronikarze nasi. Nie wspominaią o niey, ani Gallus, ani Kadłubek, ani Bogufał. Pierwszy Jan. Kronikarz a za nim Annonim Pisarz Dziejow Polskich, nasmienili o Fundacyi Tynieckiey przez Kazimierza: ale ci oni y sami z sobą, y z pazmiey szemi od siebie nie zgadzaią. Jan mowi: że Kazimierz zbudował w Tynu Klasztor dla siebie, y dla Matki, y dla Żony: Sibi, et matri, et Conjugi: y że do niego Mnichow z Leodium Liege sprowadził. Annonim, opuścił matri Sibi et Conjugi, bo sam nigdy nie był Ruska; a podobno ani Kazimierz z Żoną. Poźniey, prowadzą tą nową Wiadomość Mnichow z Kluniaku, ktory nie był zapewne to samo, co Leodium. W Czasach Funduszowych Tynieckich, ktore wydrukował Xiądz Gielchi w Historyi Tynieckiey, nie widzieć nigdzie Imienia Kazimierza. W Przywileiu Idzego Kardynała Biskupa Tusculańskiego, danym w Krakowie w Roku 1163. w przytomności Bolesława Krzywoustego czytamy: że Klasztor Tyniecki miał Fundatorow Bolesława y Judytte. Quae Domina a Vladislao Rege f. przez Omyłkę, bo powinno być a Bolesłao, gdyż Władysław poźniey panował: et Judittha Regina conjuge ejus, Bolesłao Duce f. ktory Bolesłaus Krivousti f.

Sabatur ab omnibus avis = Proavisq suis reverenter custodita. ——
Grzegorz iedenasty Papież w Rokú 1229. 16. Maja, wyraźnie nazywa Fundatorami Bolesława y Judyte = Clara memoriæ Rex Bolesław et Judith Regina Veski Monasterij Fundatores. = Leszek Czarny w Roku 1288. Sambego tabice Bolesława Króla z Judyty, iako dawnych Fundatorow wspomina = Nostri Predecessores, inclitæ excellentissimæ memoriæ Rex Bolesłaus extitit, et Judith Regina. Kazimierz Wielki wzmiankuie podobnie w Roku 1354. Bolesława Króla: = Clarae memoriae Domini Bolesłai Regis Poloniæ = Nigdzie więc nie znaydziemy, aby Kazimierz był Fundatorem Tynieckim. Owszem że Bolesław Prowby, pierwszy do Tyńca wprowadził Benedyktynow, widzimy ztąd w Dyplomacie Historycznym spolecznym, który na dwóch miejscach wspomina o Opacie Tynni, czyli Tynni, bądź błędem Drukarskim, bądź od nieumieiętnego po Niemcach Autora Skła, z Tynieckiego przerobionym.

De Monasterium Plocense, quo tempore? et à quo fuerit conditum? non ita clarè patet. Author hujus Chronici asserit: illud munificentiâ Ducum Masoviæ fundatum fuisse. Sui primum, suam Originem debent Conrado I. Filio Casimiri Justi circa Annum Christi 1060. inaugurato, à quo alij Duces sedem duxerunt usq ad Semovitum ultimum Ducem hujus Provinciæ, quâ post ejus fata iterum Regno Poloniæ incorporata est. 1098.

Quæ vero in Catalogo Abbatum, Prælatorum ac Monachorum sub titulo: Congregatio Benedictino-Polona: de Anno 1774. edito circa fundationem Monasterij Plocensis ex Nicolao Zalaszowski referuntur, haud fidem merentur; Cum Ils, ejusmodi relationem, ex assertionibus dumtaxat Historicorum, minimè à Scitatorum, desumptam esse fateatur. Jam vero ex Historicis Classicis, Plocensis Abbatiæ fundationem nullus Regi Bolesłao Crobri adscribit, Nec hujus narrationis, ibidem citatus meminit Rzepnicki, in Vitis Præsul. Reg. Pol. quamvis de Martiali 2do Episcopo Plocensi, plurima ibidem retulerit: Quidquid tamen sit: Nostri nihilominus Benedictini in Arce Plocensi, penes ipsam Cathedralem Ecclesiam ultimò locati, permanserunt firmiter, in Possessione sui Monasterij: quod hodie versum est in Seminarium Clericorum Dioecesanum, sub cura Patrum Congregationis Missionis: usq ad Annum 1701. Quo tandem, Voto Publicæ Commoditati

dit ati Regni subveniendi, maxime post extinctam Soc: JESU Pultoviam migrarunt ibiq Collegium Eorundem S.S: Scholas Publicas, cum onere instituendæ in Litteris Juventutis Pol: posseverunt.

(c) De hac ejusdem fundatione, seu veriùs, fuit infra patebit:/ cessione Benedictinorum ex Monasterio Lubusensi male olentem Naruszewicz Hist: Nat: Tom: 9to fol: 336. inseruit relationem. — Oto Czwartego Rotu Browarza Kazimierza wspominaią poźniejsi Kapitarze nasi, o ufundowanych przez niego dwóch Klasztorach Benedyktyńskich, w Tynie, y w Lubuszu nad Odrą. O pierwszym idzi było wyżej. O Drugim wspomina Przywiley Bolesława Wysokiego Xiążęcia Mazowieckiego: iż tam siedziało kilka Mnichow Czarnych: zkąd bez pożytku, ludzy od nich mieysce Cystersow rzeczony Bolesław osadził. Gorzewać Zakonne Osoby, miały za Cel przerwiastkowy, przy opiewaniu Chwały Bożey, Prawu Rzeczą, mianowicie zaś, przykładem Ludowe pobożne życia, za pomocą Nauką młodzieży. Pielgrzymowanie z Postami, y Ambicyi wyrzekłe, pokorne Osoby w progach, a Dobra wzgardzone. Xięża Mazowieckie dla nauk hołubiącego dziś Stanisława Berlo, iuż y strawiony wielkimi swoich pożytecznych rumieńcami, w samotnych orzeźwi dź pocznie murach; Szczęśliwe Osob powodzi znowu za pożytkiem, a nagroda za Chwałą, y Prawą. — Veritas profunde hujus facti, repetenda est, ex certissimis Documentis; de quo Xiężgalinius in Aquila Benedictino-Polona, fol: 225. sic loquitur.

Tertium nihilominus a multis, non exclusos fuisse Benedictinos a monasterio; sed eosdem mutasse colorem, et Cisterciensem Album, pro nigro Benedictino accepisse habitum. Ut ut fuerit; ex ea causa factum evidenter, quod hoc eodem tempore, circa Annum Domini 1175. passim Cisterciensibus per Regna Catholica Monasteria extruerentur: Quorum Congregatio nuper per Sanctum Bernardum Clarevallensem amplitata, Divinum studia traxerat, qui in ea promovenda facultates suas, in fundationes Monasteriorum illius impendere, non pudebant clamosum. — Bolesław Wtory Altum, Uratislaviensis Praesul Solummodo Duces cum Religio tenebat; similiq quid ad imitationem aliorum Principum in Gratiam novæ Congregationis Cisterciensium faciendi, nec ex propio habebat? angustum terens dominium, quod in eos posset exercere, externum Kazimirri Regis Divinissimi Beneficium mutare præsumpsit. Longius tamen super hac re disceptatum fuit, quod Tynecensis Abbas, omnium Benedictinorum per Poloniam

Antistes (1) Provincialis in gratiam novellæ Familiæ Benedictini Ordinis surrulo, et Propagini, per B. Robertum Abbatem Molimensem Ordinis Nigrorum S. Benedicti institutæ, et pariter in Regulam S. Benedicti juxantes consensum præbuisse. Nullam itaq Sacer Benedictinus Ordo, per hoc passus est injuriam, in cujus gremio totum continetur, quid quid a Abbatibus, et Patribus ejusdem ullibi possidetur.

(1) Quod ad Monasterium Kosteliec in suburbio Calisiensi, per Mieczlaum Majoris Poloniæ Ducem circa Annum 1200. fundatum, Benedictini Lubinenses coloniam invexerint? id multa indiget probatione. — In privilegio siquidem hujus ducis Privilegio de anno 1269. sed erronee, quia is jam Anno 1262. vivere desierat: dato, non specificatur in cujusnam Ordinis gratiam, illud Monasterium conditum fuerit; sic verba — Ob reverentiam Omnipotentis DEI, Matris ejus ac: contulimus DEO et S. Laurentio, Ecclesiæ ipsius Monasterii in Kalisz super Villas Kosciol, et alias hereditates, ad ipsum Monasterium pertinentes &c: &c: Et quibus manifeste patet, Villam Kosciol, prolatum pertinuisse nonnisi ad Calisiense Monasterium S. Laurentii, non vero Monasterium Kosteliec vocitatum fuisse. Quæ Villa Kosciol ad summum Ecclesiam nonnisi Parochialem habuisse aliunde dignoscitur; ad quam, quo tandem fato? cujusq ad instantiam, cum maximo præjudicio Benedictinorum Premonstratenses in ipso fere exordio sui Ordinis introducti fuerint? id omnino nos latet... Jam vero pro confirmatione justa hujus: circa Coloniam Lubinensium: dubitationis ingrossamus hoc loco quodam Excerptum ex Præfatione Libelli, sub Titulo — Pietas Benedictina Pragæ edito, ubi hæc ex Archivo Principalis, ac Exempti in Bohemia Monasterii Brzeunoviensis desumpta sequuntur. — „ Monasterium S. Vincentii „ Cp: et Mar: extra muros Civitatis Vratislaviensis: est hodie Parochia, seu Præ„positura Premonstratensium, ad S. Michaelem nuncupata: fundatum fuit sub „ An: 1139. ab Illustrissimo Comite Petro Wlast Natione Dano, in Honorem „ B. V. Mariæ, Sanctiq Vincentii C. et M. regnante Roberto Episcopo Vratis„laviensi 14. et introducti Monachi Ordinis S. Benedicti ex Polonia: Quiq „ duravere, et pietatem, ac Observantiam Regularem prosecuti sunt usq ad An: „ 1176. Quo Lyrislav in Sedem Vratislaviensem Episcopalem electus, et in „ Petri II. Archi Episcopi Gnesnensis, Metropolitæ sui comitatum ingressus, tantu „ odii, et invidiæ devorarere Nostri Benedictini, ut pretensis gravibus eorum

Fol: 338. (1) Narzeszewicz — Tymiecki Kłopotowski uznany był, jakoby za małą ilość swoich od Zakonnych boga-

Lawdania.

„ecclesiibus &c: &c: eò Bolesslaum, prolium Silesiæ ac Poloniæ Ducem, Filium „Henrici I. Barbati adduxerint, quod Benedictinos Monasterium desevere „coegerit, indultis novi tunc Instituti Patribus Premonstratensibus. Anno „1190. ejus rei auctoritate Confirmatio a Cœlestino III. Papa. At Benedicti„ni in jusiam in se, totumq Ordinem conflatam propulsare, ratum, fixumq ha„bentes, ipsis quinquagiesta annis rem potenter egere; tantumq abfuit, ut „causa sua caderent, quin potius assurgentibus præsipuis Poloniæ Abbatibus, „Ludfrido Lyncensi, Boguslao de Calvo-monte, et Nicolao de Mogilno O. S. „Benedicti, ad resarcienda Benedictinis illata damna, novi Jnsula Vincentini „adigerentur. Cæterum salva amicabilis compositio de Anno 1234. Octavo „Jdus Februarij, qua mediante migrarunt Nostri Monachi ad Ecclesiam et Mo„nasterium S. Laurentij Martyris in Civitate Calisia, seu Kalisch in Polonia, „quinq leucis a Silesia, et duodecim a Vratislavia distante. Qui post biennio „Anno 1509. demolito extra muros, hoc eodem Monasterio, ad S. Jacobi Ap.m „Franciscanorum introducti fuere." —— Non ergo ex Lubinensi, sed ex Vratislaviensi S. Vincentij Monasterio Benedictino in Calisiense, non vero Kosielnense Monasterium primitus venerunt. Nisi forte supponamus ab Anno 1200. ad Annum saltem 1234. Lubinenses, Monasterium isthoc aliquomodo incoluisse; Verum hæc: ut jam diximus: clariori, et sufficentiori indigent Probatione.

Porro in Anno 1792. Modernus Claustralis Abbas Lubinensis, studio diversens Vratislaviam, adijt ipsius Monasterij: quod modo Vincentianorum passim vocatur: Archivarium, postulans ad hanc rem, Originalia sibi exhiberi documenta, quæ cum longum esset, de verbo ad verbum recitare, sufficiat saltim summarium eorundem in prædicto Archivo reperibilium, hic ingressare. Et quidem.

1mo Anno 1213. Actus in Cathedrali Cracoviensi Capitulo in presentia Jvonis Episcopi Cracoviensis, et Hugonis Abbatis Vachocensis Ordinis Cisterciensis, tum Monachorum Berthaldi et Brunci agentium in negotio Monasterij Vratislaviensis S. Vincentij.

2do Anno 1219. Ex Commissione Honorij III. Papæ, Acta Confirmatoria ipsius II. Sub Episcopio Vratislaviensi Lynsiae, et Cracoviensi Jvone, concordia, qua mediante, Monachi migri, è Monasterio Vratislaviensi S. Vincentij ad Ecclesiam S. Laurentij prope Kalisz redire jussi sunt.

3tio Anno 1234. Octavo Jdus Februarij Literarum arbitramentum,

inter Ludgridum Abbatem Tynecensem, et alios Coabbates ipsius Regni Ordinis, ac Conventus ipsorum ex una; et Dominum Albertum Abbatem S. Vincentij ab altera. Quo stando Monachis, quo ad anteriores concordias jubetur, silentium indicitur, pro tentanda in posterum recuperatione Monasterij sui Vratislaviensis ut potè habita sufficienti compensatione ex Ecclesia S. Laurentij, prope Kalisz, cum adjudicatione duarum insuper Villarum Gnesnæ, ac Strzeno, sive Vladimiro, tum restitutione eidem Ecclesiæ S. Laurentij Calicis aurei, dive per Norbertinos asportati.

Hujus ultimi Archivi nempe Brzaunoviensis, et Vratislaviensis Documenta in hoc nonnihil secum discrepare videntur, quod scilicet ista Benedictinos contendant Ecclesia S. Laurentij prope Kalisz: illa vero eosdem ad Monasterium itidem S. Laurentij in Kalisz sitium abigant: Quidquid attamen sit, satis est dixisse et probasse: Benedictinos ad Monasterium in Kozioł alienave potius, et non ad Monasterio Lubinensi primario conductos esse.

Natiss: Szrzygielski in sua Aquil: Ben: Pol: fol: 110. et Stricho: vio lib 3. Cap: 31 tradunt: — Quod Idem Mieciſlaus, postquam hoc Monasterium in Villa Kosziol contraxisset, ac Villis Pelonijs, Mstendinis, Tabernis dotasset; Monasterio Tynecensi illud subjecit. — Quod idem est: ac incorporavit; Sed jam supradictum in Originali Privilegio Mieciſlai, nullam horum extare specificationem. Forte ab eo tempore Kozielscl Tynecensi Monasterio, ac si Principali parere cepit: ex quo Ludgridus Abbas Tynecensis, Studium et Operam suam pro Benedictinis Vratislaviâ pulsis interposuerat, hoc Monasterium pro Vratislaviensi vesaniverat.

In Anno Domini 1772. quo Regnum Poloniæ, per Mariam Theresiam Germanorum Augustam, Cathaninam totius Russiæ Imperatricem, ac Fridericum II. Regem Borussiæ, quo ad Provincias suas his tribus Potentijs Viciniores adjacentes sueverat, Tynecensis quoq Abbatia, cum suo Monasterio, a Polonia avulsa, Ditioni Cæsareæ subdita extitit. Quo et tempore, Koziolnense quoq Monasterium, quod tandem in nudam Præposituram degeneraverat, pro avulsione, ac si ita Principali suo Monasterio Tynecensi haberi cepit. Donec tandem Stanislaus Augustus Rex Poloniæ, ad instantias, proh dolor! Spiritualium Boris Regularium, pro tunc inhiantium, titulo quasi Juvium Majestaticorum, sibi altas, quo ad avulsa Beneficia præsentandi, ac nominandi Sacerdotium, Reverendum Sebastianum Comitem

a Boguslawice Sierakowski Canonicum Cathedralem Cracoviensem, protunc Generalium Judiciorum Tribunalis Regni Assessorem, motu proprio, contra Juris Canonici dispositionem; Soudavsam videlicet Presbyterum, ad Regulare Beneficium praesentando, ac nominando investivit, Praepositura Kaliszensem re, et nomine, dui et esse voluit, nulla super hoc à Romano Pontifice obtenta Dispensatione. Justo interdum cedere, et ne vivat pulso, ex eadem Praepositura Kaliszensi rebelli, ac legitimo suo: sed de triennio duravit in triennium reelectus: Rectore Ipsius ultimo, videlicet Reverendissimo Damiano Sadowski Professo Tynecensi, Abbate Titulari Orisiensi, qui ab hoc puncto ad vitalitia solemniter Bis mille quingentorum florenorum quolibet Anno sibi a Sierakovio persolvendorum, pensione contentatus, Anno demum 1791 vivere desijt, ac hic Lubini in Sepulchro Fratrum tumulatus quiescit.

(g.) His Tabellis pro praesenti sunt amotis, attamen in Archivio Monasterij asservantur. — Quia alias sub die 13. Martij in Anno 1625. Urbanus VIII. Papa hoc in puncto sequentis tenoris edidit Decretum. — Sanctus D.N. sollicite animadvertens abusus, qui irrepserunt, et quotidie irrepere non cessant, in quibusdam cum Sanctitatis, aut Martirij fama, vel Opinione defunctis, qui, etsi nec Canonizationis, nec Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede; eorum tamen Imagines in Oratorijs, aut Ecclesijs, aliisque locis Publicis, ac etiam privatis cum Laureolis, aut Radijs &c: proponuntur, Miracula et Revelationes, aliaque beneficia a DEO, per eorum intercessiones aucta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, et ad illorum Sepulchra, Tabellae, Imagines, et Res alias ad beneficia aucta testificanda, et lampades, et alia lumina apponuntur. Volens proinde hujusmodi Abusibus, ac: occurrere, ac: declaravit, statuit, et decrevit, ne ejusmodi hominum Beatorum defunctorum, Imagines, aliaque praedicta, et quodcunq; aliud venerationem, et cultum praesefferens et indicans, in Oratorijs, aut Locis Publicis, seu privatis, vel Ecclesijs, tam Saecularibus, quam Regularibus ujusvis Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, neque eam ab Apostolica Sede Canonizentur, aut Beati declarentur, et si quae apposita sunt, amoveantur, prout eas statim amoveri mandavit.

(h.) His banis hic supra recensitis, annumerari deberent Bona Domui Nostrae Jezioriensi, a Ducibus Mazovie quibusdam liberaliter donata:

videlicet ipsa Villa Jezow, postea in Oppidum elocata, Gora, Mikulino Jasienino, Przyłęg, Lusq, Bona cum ipsa Domo, et Ecclesia S. Andreæ Jeziorensi, Martino Abbati, Ejusq; Monasterio Lubinensi per Bolesłaum Ducem, itidem Mazovia Anno 1278. donata, in Anno vero 1334. per Siemovitum Duem pariter Mazovia confirmata, ac pro re Abbatis Lubinensis suiq; Conventus ratihabita fuerunt.

Temporibus illis nondum nota fuerat f: ut nunc :f ex divisio Bonorum pro Mensa Abbatiali, a Provisione Monachorum. Quippe administratio eorum penes solum Abbatem, ac Clavigerum (2.) alias Cellararium manebat. Modo primum circa Annum 1460 f: juxta istius Chronicæ Textum :f sub Abbate Alberto primavia, illaq; rudis ejusmodi saltem in minima parte conspicitur Idea; in qua agri Villæ deserta Mariszewo, et duo Lagi; Nowydwor, ac Gierłachowo Natribus, f: communi usui antiquitus designati :f ab eodem Abbate restituuntur.

(2.) Alias Provisorem: qui Klucznik vocitabatur; a Gratibus: seu Klucze, vg: Klucz Cichowski, Klucz Trecki &c:

Anno deinde 1600. sub Stanislao Kiszewski ultimo h.t: Regulari Abbate plenior subsecuta est Bodisio Fratrum, distincta a Bonis Mensæ Abbatialis: Cui præter Maryszewo, Nowydwor, et Gierłachowo, aliæ de novo Villæ: Cichowo, Mościszki, Brzezin, Dzigowo, Datowo, et Wyrzeka, cum Molendino in Szczodrochowo, et horto in fine Villæ Lubiń assignatæ, ejq; cum omnibus Proventibus, et Utilitatibus, Silvis duntaxat pro Abbatibus in futurum reservatis, non exclusa tamen necessitate Lignorum pro pinsendis Panibus, brazanda Cerevisia, focis, fornacibus, ac Ædificijs Monasterij, quorum usus in hunc finem, quantum necesse fuerit, permittitur.

Hanc ejus divisionem in post, ipsi etiam Commendatarij Abbates, f: eo, quod ad fabricas, Sacristiam, ac sorta tecta Monasterij in suo esse conservanda adigebantur :f augere studuerunt. Velut;

In Anno 1639. Mathias Tytkowski Villam Szczodrochowo pro Ornamentis ac Apparamentis Ecclesiæ Monasterij.

In Anno 1647. Stanislaus Małachowski Villam Stankowo, pro Fabrica, ac Cancellis, ad tuendas quovis in Subsellio æquè ac promovendas Abbatiæ ac Monasterij Causas.

In anno denig 1670. Stephanus Piaseski, ex Sæculari Presbytero, adu Professus Abbas, Villam Zbąchy, ex ratione Summæ desolatorum per hostilitates Bonorum Monasterij, in ante vero an. 1665. Villam Gaby resignarunt, ac à Monasterio possidendas, previa Judicia Intromissione in præfata

Bona consenserunt.

Denig, tam auxeli ulteriori provisionis Fratrum, quam etiam diminutioni Bonorum s: ut Rome timebatur / Mensæ Abbatialis, obviatum fuit per ultimatam, ita ad tenorem concordatorum olim inter Sm D: N. Clementem XI. P.M. et Serenissimum Augustum III. Regem, totam q. Ejus Jnitam Rem-Publicam Bononam, de Anno 1737. Fraustadiensium Fratrum, institutam, ac in fundo Bonorum Lubinensium de Ao 1730. expeditam Ediviſionem. Cujus vigore et decisione postea alias per Sanctam Sedem approbata, Bona pro Commendatarijs Abbatibus Lubinensibus, perpetuo in posterum possidenda cesserunt, videlicet = Clavis Lubinensis cum attinentijs, nimirum = Oppidum Krzywin = ipsa Villa Lubin = Sienowo = Kosowo = Mezyca = Osowia = Wrzesnowo = Niesarno = deinde Villa Wayniett = cum altera Gniebowo = ac Oppidum Swigciechowo. Pro tertia vero parte, in binos fines, juxta Articulum terticm præfatorum Concordatorum dividenda, nimirum; pro Sustentatione Superiorum Claustralium, et restauratione Ædificiorum = Bona Gorka cum Targowisku = Jrka = Luszkowo = Swigcinek = Wanie = ac Szidrachowo = reliqua Sanct. Salvis, et intactis Bonis Mensæ Conventualis in eadem Ediviſionis, Bullaq Benedicti XIII. Papæ de Ao 1727. edita, ne aliam assumant Naturam Arcis Præfoditis.

(a) In omni fere natione qua sub Cælo est: homines peculiaria, suoq Dialecto magis appropriata Nomina passim ipsum sibi, extra dubium est. Sic Veq: Itali, Nomina sua desumebant, in Us, velut; Quintilius, Servilius, Sergius, Cornelius, Pompejus, Vitellius &c: Hungari sub alia, sibiq Jamitatori terminatione Nominum Rhythma habebant; prout: Hunniad, Tekeli, Ralowi, Szekeli, &c: aveoq et Galli:, prout Berno, Bruno, Lambertus, Ludovicus, &c: Deinde Ruſſi Suam quoq peculiarem habuerunt nominum Creaturam: uti; Janoslaw, Swiatopelk, Grzymislaw, Wszebor, Wlodzimir, &c: Quigui ultimi, quoniam juxta Prolopium, a Nanogardio Tom: 2. Fol: IX in Prolab. Hist: Nat: citato, multos Ones in Europa Secum possederunt; aut saltim finimi, ad eas pervenerunt; Nomina pariter sibi peculiaria illis reliquerunt, quæ passim a Selavis, Bohemis, imo et Polonis initio assumi solebant, qualia fuere, Bolesław Czesław, Dzierżysław, Godzimier, Krzesław, Brzesław, &c: Quæ latinisata passim intermissis litteris ipsum sonabant, quoq; Bolesaus, Ceslaus, Derslaus, Godimirus, Obslaus, Przeslaus &c: Successu temporis, Polani abejecto modi vocum usurpationibus tandem abstinuere, Nominibusq Sanctorum sibi, in

Baptismate impositis, superaddebant Sua, aut Nobilitatis, aut etiam Originis loca, Vg: Michael à Gora, Comes... Josephus à Cichowo Comes... Matthias à Miechorzewo.. Andreas ab Odrzywol; Qua tandem sensim, ubi desinere coepere in = Ski = de Comite à Gora, dictus est Gorski; consequenter, et ab aliis, Cichowski Miechorzewski, Odrzywolski, &c: = Num igitur et Nomina: Robertus, Clemendus, Conradus, Lambertus, &c: Peregrina fuerint Polonis, pro illo tempore, quo Monasterium Lubinense Polono in Solo stare capit? hoc paulo accuratiori Judicio examinanda

In Vitis Episcopum Regni Poloniæ a Reprincio sollicitè ac diligentissimè collectis, Legimus, Episcoporum expressè Polonorum, quamplurima item, Peregrina Nomina, qualia sunt: Arnoldus, Bosuita, Campo, Dobrogostus, Fulco, Gedeon, Gerardus, Ivo, Inowlotta, Diarus, Lappo, Liolopius, Rachelinus, Ubitutus, Ulricus; Jam vero in ipsa Cathedrali Cracoviensi Ecclesia invenimus Lambertum primum ad Annum Christi 996. Lambertum II. Vala dictum, ad Annum 1060. Lambertum III. ad Annum 1080. Robertum vero ad Annum 1143. Episcopos Cracovienses. Seu ut propius ad ejusmodi rem, diversis eluvidandam accedamus, missis prius aliunde conquisitis, domesticis Documentis probamus. — In Vetustissima nama Mortuorum, Monasterii hujus Lubinensis Matricula, Pergamenis Chartis constante, Characteribus antiquissimis exarata, Nomina identidem Peregrina, non jam hujus loci Professorum, aut Benefactorum, Confratrum, ac Familiarium ibidem inserta, hæc habemus. = Arnoldi Episcopi Cracoviensis = Abbistille Feminæ = Baldrici = Boconis Judicis = Blisboris Judicis = Bozzanta = Kristhonis Comitis = Cracconis Judicis = Dalberti et Dogni Comitum = Flavini militis = Gothardi, et Norberti Canonicorum Cracoviensium = Henrici = Mine Feminæ = Milogi = Luthonis Comitis in Strem = Ottonis Ducis = Piani Episcopi Cracoviensis = Sulconis Comitis = Sturionis Canonici Cracoviensis = Ursina Feminæ = Vidonis Canonici = Visonis Comitis in Zerwony Kosciol = Quorum omnium nomina, etiam de die in diem, et eadem Matricula citavimus: Anni enim eorum obitus, pariter sicut et primitivorum Abbatum hujus loci, per inveteram Majorum suum indemissi, ni, pessimè ordinatum ac transcriptum modernum Necrologium, quod in Choro pro usu habetur, diuvaret ab illo; quod hic supra citavimus. Num igitur sola ejusmodi Nominum Peregrinorum vocabula firment hanc fidem; ut primi hujus ex Monasterii Lubinensis Abbates, adeoq et Cænobiarchæ, ex hoc solo dun-

fasset Capite Galli credi debeant? Judicio et arbitrio Lectorum relinquimus.

(K.) Ex observationibus Critiis in varias Regulas A.P. Aug: Calmet, Tom: II. — Dum S. Benedictus suam scripsit Regulam, circa Annum 515. ignota erat hui Ordinum varietas, quo nunc in Ecclesia cernitur. Ordo Monasticus unus erat, ab una Observantia ad aliam, sicut a primo Monasterio ad aliud strictioris Observantiæ absq scrupulo, infamiave migrare fas erat. Quia in amori loco, uni Domino serviturus, et uni Regi militaturus, ait S. Benedictus. Varietas Congregationum, quæ hodie, Statum Monachalem dividit, in ipsomet Divi Benedicti Ordine, ab ejus pene incunabulis cepit. Abbatia; Cluniacensis Anno 910: et Cisterciensis, circa Annum 1150. fundata, celeberrimos Cluniacensium, et Cisterciensium Ordines formaverunt. Paulo post accesserunt Camaldulenses, et Carthusienses &c: &c: Deinde fol: 43. S. Berno Ordinis Cluniacensis Institutor circa Annum 910. duodecim tantum Monachos in suum Monasterium admisit. Sta demum Ordo ejus crevit, ut duodecimo Seculo, duo ferè millia Ordinis Cluniacensis Monasteria essent, in Gallijs, in Germania, in Italia, in Anglia, usq; ad Orientales partes. — Ordo Cluniacensis, non ideo sic vocari cepit, ac si quid novum, ac a Regula S. Benedicti diversum, in suis Congregationis Monasteria invexerit, sed potius, quod peculiares quosdam Ritus, Cæremonias suorum locorum, ab alijs Monasterijs in Europa sibi secretos, sibiq quasi proprias haberet. De quibus singularis prodijt Liber Parisijs, Anno 1751. sub titulo= Disciplina Vetus monastica, seu Collectio Authorum Ord: S. Benedicti, qui de Monastica Disciplina tractarunt. Sithuc proin Phrasis= Ordo Cluniacensis = idem sonat, quod e.g. Ordo Romanus, &c: in quibus Ritus, quo ad Occidentalia duntaxat, non vero, quo ad Ecclesiastica adhuc soleat. Porro ubi ejusmodi Nomen= Ordo Cluniacensis = in alia significatione, scilicet ambitiosius, quo ad totum Ordinem S. Benedicti sumi cepit, exinde suave versum inter Benedictinos, præsertim Cassinenses, et Cluniacenses dissensiones, litium prosecutiones. Ex quo enim in Cluniacensi Ordine, ab Ipsis incunabulis s. verbis sunt Aug: Calmet in Præfat. Comment. Literal. in Reg: S. Benedicti, fol: XXXIV.: Titulo Abbatum, extincti fuerunt eo fine, ut Abbas Cluniacensis solus, totius Ordinis foret Abbas, Abbatiq; Abbatum, sibi arrogaret Titulum, nihilominus super hac re exorta tandem Lite, Cassinensi Abbati, ejusmodi Titulum cedere coactus fuerat — Congregatio hæc, tam quo ad Monasticam Disciplinam, arctius custodiendam, quam quo ad vitæ Sanctimoniam, floruit: ducentos plenos non exegit annos, gaudeo quidem à S. Bernardo,

Clarevallensi Abbate Anno 1153. emortuo, animus capit prosiliri, ac vix non turpiter vapulari ob depravatos, dissolutosq. Abbatum, et Monachorum mores, in illam ipsam passim inversos; prout in edito libello Apologiam Quasi S. Vitis De Vit. et Mor. Relig. ad Gilielmum Abbatem datam, legenti patebit; Quantumvis adnitentibus, pro ejus Reformatione Summis Pontificibus, videlicet: Gregorio IX. circa Annum 1233. Nicolao IV. circa Ann. 1209. ac Benedicto XII. circa Annum 1336. qui totius Ordinis Benedictini reformationem instaurare, Voto, et Opere dupliciter. Cum pro interim celebris illa per quam, ac toto fere Christiano Orbi nota Congregatio Cluniacensis, eo tandem deflexerit: ut ab Abbatibus Seculoribus, vulgo Commendatarijs, non ex Voto Ordinis, aut ad solam nominationem, Regum Galliæ, circa Annum 1520. nominari cœpit cum solo titulo Emphatico = Abbas, Caput, Superior Generalis, et Administrator perpetuus Sacræ Abbatiæ, et totius Ordinis Cluniacensis = regi ac gubernari debuerit. Nisi DEUS, qui in sua Ecclesia, nova semper virtutum instaurat exempla, alias Congregationes: ut puta S. Justinæ Patavinam in Ao 1417. postea ob ampliorem Cassinensis Monasterij, Anno 1504. Cassinensem appellatam; et Bursfeldensem in Germania circa Annum 1426 erectam suscitasset, quarum admirande Spiritus genuinus Sæ Regulæ Benedictinæ rectificatus fuerat.

Aquit. Ben. Pol. Tom. 2. p. 273.

(1) Si sola asserta vim Probationis haberet? subsidendum eidem utiq. esset; Sed cum allegata semper Probatione indigeant, asserta nudis non contenti, ad indagandam eorum veritatem progrediamur.

Bulla Benedicti XII. S. P. = Edita pro Nigris Monachis, non tamen pro solis Cluniacensibus, aut pro toto in integrum Ordine Benedictino reformando est edita Anno 1336. = Authoritate Apostolica Statuta ordinamus, et Ordinationes facimus &c. quæ ve Ubiq terrarum & locorum infra, et per ipsam Religionem volumus perpetuis, futurisq temporibus firmiter observari. = Sunt ipsissimet Bullæ verba. — Et quamvis non diffitear mus, ejusmodi leges, ac Statuta, in præallegata Bulla consignata, à Cluniacensibus emutuata fuisse: hoc tamen non ex usibus, et Consuetudinibus Ordinis Cluniacensis, aut ex præexistentibus Bullis Pontificu, videlicet Gregorij IX. et Nicolaj IV. pro Reformatione Cluniacensiu jam alias inantea editis, desumpta esse legimus.

Pater Petrum Cluniacensem, et Joannem Casæ DEI Abbatem alij insuper quatuor Abbates, videlicet: Gilbertus Massiliensis, Raymundus Salmodiensis, Guitelmus Montis olivi, et Gregorius Isidorensis, cum nonnullis S. R. E. Cardinalibus, in hoc Sanctius Consilium auiti fuere; proindeq. nec illi duo, nec alij quatuor, pro Auctoribus ejusdem Bullæ, Legumq. in illa contentarum, sunt reputandi, quando quidem Pontifex expresse loquitur = Authoritate Apostolica = ut supra.

Capite Primo hujus Bullæ tractatur de Capitulis Provincialibus, quolibet triennio celebrandis. Sed num etiamde id arguj potest, quod Provincia Polona, huic Bullæ alias insecta, Cluniacensi Ordini ac hoc Capite subjecta extiterit? Abbates q. Polonj Cluniacum pro ejusmodi Capitulo celebrando venire teneantur? absit. Nam in Bulla expressis verbis declarat = Statuimus &c. quod in Ordine seu Religione, dictorum Monachorum Nigrorum in singulis Provincijs per Nos inferius deputatis, fiat in loco ad hoc deputato, ab triennio in triennium Commune, seu Provinciale Capitulum Abbatum &c. =

Cm. De Tynecensi Monasterio, num Ordinis Cluniacensis fuerit, ab eodem q. et quamdiu dependerit? nihil ad Nos; cum de hac re plurima, plurimis in locis Gallus suus Chorricitta Historicus Scriptoribus. Quamvis nihilominus expedire prius retorquere Dissertationem Illustrissimi Nanceiensis, tam de dubio Monachatu Casinirii Regis, quam et de primeva ipsiusmet Monasterij Tynecensis fundatione editam = Utcunque et de hac pro Tynecensi Monasterio adducta assertione sattim et consequentibus dubitari possit. Nam ab Anno circiter 1600. Benedictini in Polonia existentes, ubi a Commendatarijs Secularibus Abbatibus, cum plena, ut post in Spiritualibus, et temporalibus Jurisdictione, non sine maximo, et Monastice Observantiæ detrimento, et Bonorum, alias rendi existentium, diminutione ac dispendio regi cæperant, hucq. usque existere cupientes, in Anno 1653. Tynecum convenientes, ibiq. tandem non modo Summo Pontifici per suos Emissarios, pro allevatione ejusmodi insoliti Oneris supplicandum decreverit, sed insuper et eo Congregationem Casinensem eodem in negotio, scriptivas direxere literas, tenoris sequentis.

Illustrissimo et Reverendissimo Abbati, Generali Præsidenti, cæterisq. Definitoribus &c. &c.

Chori Benedictina totius Provinciæ Polonæ in Regali Cœnobio Tynecensi, Die 12. Februarij 1653. omnimodam præsentiam felicitatem.

Cum Cœnobia Nostra Benedictina in Polonicum Regno Annos à

plantatione, precipua fundatione Regum Nobilissima, Vestri Capitis, Amplissimi Domini, et Confratres Nostri, genuina sunt; Membra non possunt, nisi ad Caput suum inutilium reuurrere, unde majora perfectionis haurire possint incrementa — Vos Ordinis Propagatores dr. dalte benignam justis Supplicationibus filiorum aurem, date auxiliatricem Benedictinis manum; Este filij Vestri, Propago Sanctificata in Oceano Polono, Regulari destituta gubernatione naufragatur. Unde Cœnobiorum Nostrorum pia fundationis Bona, manu prodiga dilapidantur, Jura Subditorum dissipantur, Cura Monasteriorum Spiritualis neglibitur, et imperiti Regiminis Officio Fratrum numerus diminuitur. Vestro interveniente Supremum Apostolicæ dignitatis providebit culmen dr: ut Regularibus Viris dr: Animæ dr: et Sacra Cœnobiorum frigora Spiritualiter gubernanda commendentur dr: Unum præcamur, eligite ex Vobis Vestris Ultramontanis Cœnobitis Generalem Monasteriorum Nostrorum, more aliorum Regularium Visitatorem. Iste sit Vinea Nostra Benedictina dicitur dr: Hunc Venerabili Collegio Vestro approbandum Nostri Nuncij humiliter proponunt. dr:

Verum si Monasteria Regni Poloniæ primo primitus Cluniacensis fuerint Colonia, cur quæso? non ad Cluniacensem, sed ad Casinensem Congregationem hoc in præsentiarum servivit Benedictini Poloni?

Audibit et aliud utiq; non contemnendum pro parte Nostra probabilitatis Documentum ex Archivo Monasterij Sⁿᵉ Cluis Congregationis, quod dum ad manus habetur, pariter hic inseritur.

Ego Procurator Generalis Congregationis S. Mauri Ord: S: Bndi, requisitus à Reverendissimo Abbate, Præside Generali, Congregationis Polono- Christianus Mirecki, Abb: Cath: Sⁿᵉ Cru: Benedictinæ, testor quod in Cathalogo Abbatiarum, et Prioratuum, mediatè et immediatè Abbatiæ seu Monasterio Cluniacensi, tam intra quam extra Regnum Galliæ subditarum edito Parisijs 1614 Aᵒ, non contineatur Abbatia, seu Monasterium SS. Apstorum Petri et Pauli Tynecense, neq; Lubinense in Regno Poloniæ. Et quod Habitus Cluniacensis Ord: S: Bndi, sit cum Capuccio. Item quod in Capitulo Generali Cluniacensi habito Aᵒ 1711. nulla facta sit mentio inter Abbatias aut Prioratus dicti Ordinis, de duabus supradictis Abbatijs, seu Monasterijs. Ita testor, Datum Romæ

Die 21 Aprilis, Anno 1712.

Fr: Philippus Rassier Procurator Generalis,
Congregationis S. Mauri, Ord: S: Benedicti.

Aguil: Ben: Bb: fol: 276.

Alias similio Cathalogi ejusmodi Abbatiarum, Prioratuum, Prepositaturarum ac: da: mediate, vel immediate Cluniacensi Monasterio subditorum, alterius per Don. Martinum Marrier Monachum S. Martini a Campis, in sua Bibliotheca Cluniacensi contenti, meminit Stori: Suzygielski, nullam tamen induxit mentionem existentium in eo Monasteriorum Regni Poloniæ.

(n.) Assertionem illam s: quod potius è Tynecensi Monasterio ed quidem successu non nisi temporis, proinde nec a primordijs Galli Abbates alijs Monasterijs in Regno Poloniæ dati fuerint: s: amborum, ut ajunt, Cruchijs compleximus. Jam enim in Polonia Tynecæ antiquiores præextiterunt Benedictini, quos cum S. Adalberto dudum ex Italia in Poloniam venisse ipsemet Noster Chronologus fol: 1. Antiquit: fassus est; quig in Monasterijs Poloniæ, videlicet Cathedrali Sanctæ Crucis, Strzechocinensi, Tynecensi, ac juxta allegationem Zalaszowij etiam in Plocensi primas Plantationum Benedictinarum fixerant radices. Quippe Casimirus Rex, quod auxerit, non vero a primis fundamentis erexerit Tynecense Monasterium, id modo extra omnem aliam dubitationis positum est. Poterat quidem cum Aarone Abbate suum in Regnum, alios quasi plurimos Gallos Monachos Benedictinos inducere, idq; ex multiplici capite. Et quidem primo, motivo instaurandæ Disciplinæ Monasticæ, ad normam Cluniacensium s: ubi illa primas tenebat partes: s: in Monasterijs Regni Poloniæ, quæ jam tunc plurima fuisse uti, præter supra enumerata = Mogilnense, Lubinense, et Vratislaviense S. Vincentij, quod plantationis itidem Benedictinorum Polonorum fuisse traduxit multi cum Naruszewicz Hist: Nat: fol: 208. = 337 = et nos hic paulo superius fol: 84. in Annot: — 2do. Quod tanto sensim Cœnobiorum et Fratrum in Polonia numero, s: Verba sunt Nostri Historiographi: s: Abbates hujus Provinciæ, antea Alophabetæ, Abbatem sibi Tynecensem in Præsidem, et Archi-Abbatem coaptarunt, ejus Imperio se subdentes. Tertio denig: quod ad ejusmodi dispersa Membra in unum ac si Corpus Congregationis Monachorum Provinciæ Polonæ coagulandum, advocanda, Bulla illa Benedicti XII. Papæ pro Monachis Nigris vulgo Benedictinis, toto in orbe Christiano consitis edita, stringere, imo et compellere videbatur, ad id faciendum, videndum est. Maxime ubi sibi taliter solitarie relicta Monasteria, in duobus illis, Lubinensi silicet, et Vratislaviensi, et sola duntaxat adhuc, et invidia Tyrolavus Episcopi Vratislaviensis, per vim ereptis Monasterijs irreparabilem jacturam passa sunt, hinq quidem omnino pudeis, illinc vero habitam saltem mutare cogantur Nostratibus Benedictinis.

(c.) In Archivo Monasterij Sieuechouiensis, quod ipsemet si à non ad ultimas, minimas q Tabulas, ante Annos fere 30 lustraveram, nec minimum ejusmodi dependentiæ à Tynecensi Monasterio inveniri potuit Monumentum. Quinimo à contrario ni multis antiquissimis Transactionibus Civilibus, ac Forensibus, per Religiosos Monasterij Illius factis appositam passim formulam legi = Dior = Procurator = Provisor = Professus Sieuechouiensis de Castino.

Pro Nicolao Galle Abbate Sieuechouiensi, jam satis supradictum est.

Quæ vero de Joanne Botwrynsio itidem Abbate Sieuechouiensi narrantur? minimi sunt momenti. Licebat enim Jis si non f: juxta Canones Religiosis saltem postulari ad Abbatiam Tynecensem, adeoq et Romæ talibus in se devolutam ipsam postulationem Ipsorum vere. Quanquam aliam hujusce oppositionis prætextorum Abbatum, videlicet Sieuechouiensis, Stavi Trocensis ac Culotiensis causam, protunc fuisse aliunde scimus — Et Electione siquidem ignobilium, ac plebejorum in Abbates, ac Præsules ipsiquium in Regno Bohemiæ Prioratum multa odia Equestrium, ac Nobilium exitabantur contra Monachos, ac Spirituales; proindeq et Bona eorundem hoc est Capite invasionibus, direptionibusq vexabantur. Justo vero Tynecia defuncto Bogdalo Abbate, Monachi, his, nihilquidquam attentis, Mathiam de Scavina Oppido Tynecensi oriundo eidem substituerunt, Ejusq Electionem in Consistorio Romano confirmandam curarunt; Porro pro Confirmatione horum legatus Stanislaus Stużygalski = Tynecia &c: Fol: 96. et Antiq: Monast: Lubinen: Fol: 97.

(d.) Sed quærimus: à quonam tempore ejusmodi formula = sub Ordine Cluniacensi = Ordinis Cluniacensis = à Lubinensibus usitari reperit? Rem enim ejusmodi vix fide dignam asseri potuisse à nostro Chronologo dicimus; Quandoquidem is Antiquitatum Cultor integerrimus, adeoq Cultor et Æstimator maximus in eam f: quæ suis, à seq magno studio, ac multis elaboratis antiquitatibus maximum addere posset pondus si non omnino intenderit animum: Collegerat quidem ille, folijsq in Librum compactis agglutinari curarat, antiquas Fratrum hujus loci Professionum Chartulas, tum Chirographos, qui superata temporum iniquitate, tutò ac tali modo, ad nostrum usq Seculum pervenerunt, chartibusq, ac si teruntur, ad quas pro enucleanda rei veritate ellipsi appellamus, et Lectores remittimus. Ibi ab Anno 1501. ad Annum 1514. numerantur Professiones Septemdecem a Fratribus sub ejusmodi Conditione = quantum fragilitas mea permittit = emissæ: Ab Anno 1514. quo Paulus Chojnatki Abbas

Lubinensis ejusmodi Clausulam è Professionis formula, uti Solemnibus Votis Monasticis derogantem abolevérat. Ad Annum 1509. quo Stanislaus Kiszewski ultimus Regularis Abbas, Lubinensi Monasterio adhuc, alias cum Suae dissolutione formali præesse coeperat, numerantur emissæ à Fratribus h.t. Professiones № 20. iisq; ad hanc sine ullo discrimine formulam = Sub Congregatione Beatæ Mariæ Virginis = Porro ab Anno præallegato 1509. Primus Frater Blasius Pleszerita, sub eodem Stanislao Kiszkowski Abbate, nescitur quo ex motivo, cujusve impulsu, jussu, vel coeste suasu, solitæ in antehac Professioni Fratrum formulæ, asseverit Ordinem Cluniacensem professum se fuisse. Triginta Fratres sub hoc Kiszcano Abbate, Professi numerantur, inter quos octoderim leguntur Vota DD et Religioni sanasse iterum = Sub Congregatione Beatæ Virginis MARIÆ = reliqui vero, utiq; ex solo arbitrio = Sub Ordine Cluniacensi = Nisi forte de inuasione Kiszcanum, aliunde sat commendatissimum Abbatem accusemus; quod alias non omnino, aut saltem non scio indenerit ad formulam Fratrum a se Professorum. Porro ab ab Anno 1601. usq; ad Annum 1740. in Professionibus Fratrum continuo insinuatur Ordo Cluniacensis, id tamen nihil probat, cum hæc Fratres hujus loci, per Quadringentos fere annos, a condito sui Monasterio ignoraverint, ejusmodi Ordinem Cluniacensem in suis ante sua Professionibus subscribentes.

(9.) Non de solis Vestis, aut de integro Habitu Monachali à Fratribus h.t. deferendo in primo Capitulo Generali per se in Anno 1509. convocato, Kiszcanus Abbas Legis condebat in hunc modum = Coronam seu Tonsuram Monachalem habeant, habitumq; Statui Monachali competentem deferant, id est: Vestem interiorem ad talos usq; demissam, clausam, Scapulare desuper, cui ad Templum venientes, pro Divinis Officijs absolvendis, capuccium superimponant = quin usq; ad plenibrem ex Monasterio Ordinis Cluniacensis instructionem servetur = Quippe Pauli Chrzanski Abbatis itidem Lubinensis temporibus, in tantum protensus usq; modo Cluniacensis Ordo Lubini defecerat, ut f: teste Ipso Chronologo = Fol: 88. Fratres hujus loci, nec habitum, nec Tonsuram Votationi suæ conformem gestarunt; Seculari cum Sacerdotum more amicti et rasi. Sed dum in hoc Capitulo de plenioni circa habitum informatione, è Cluniaco obtinenda tractabatur; in alio subsequenti, tertio scilicet Capitulo Generali ab eodem Abbate Anno 1600 celebrato, contra ipsum Ordinem Cluniacensem peccatum est: dum scilicet Breviarium Monasticum ad præscriptum Sᵃᵉ Regulæ,

prel alijs optime ordinatum, quod eq modo in ipso etiam toto Mortis Do=
mini Ritum non mutat a Cluniacensibus vero rhodius tenetur, è Monasterio
Lubinensi substituto Romano in perpetuum eliminatum, excluso pro semper fu=
ture legitur sequenti Statuto = Postremo volumus, et ordinamus, ut Romanum
„ Officium semel jam susceptum in Monasterio nostro, perpetuis futuris tempo=
„ ribus, mortuum scilicet, permaneat; quod si ille, qui aliquando succedet in loco
„ Abbatis, violare, ac immutare minime audebit.„

(r.) Primitiva Unio Monasterij Tynecensis cum Lubinensi, et vicissim Lubinensis cum Tynecensi adhuc in Anno 1364. præsesserat, sed dubiosq Au=thentitie usq modo deliberantur in Archivo Lubinensi — Imo vero ad Annum usq 1628. ejusmodi Unio latebat hujus loci Fratres; in q P. Bartholomæus Cri=nius Lubinensis Professus, Tynecius Vicepriorem tunc agens ejusmodi Unionis, Lu=binensis potissimum Monasterij cum Tynecensi Archetypon in Archivo filius Mo=nasterij deprehendisset, simulq pro instauratione, sive renovatione ejusdem Unionis magnis studijs tandem adlaboraset. Quod autem ejusmodi unio latuerit Lubi=nenses? ex eo probamus: quod in vetustissima Abbatum, Fratrum, Familiarii, ac Mortuorum h: l: Matricula, nullibi inveniamus quamquam è Tynecensibus, seculo uiq arridentibus Characteribus inscriptum, quamvis alij, quam plu=ri simili unionis vinculo federati, ibidem legantur adnotati: Vellitj: Radoltus Abbas, Neplach itidem Abbas Opatovicensis ordinis Bahemi, ac Anno proin f: ut supponimus f 1628. quo unio ipsius instaurata fuit, tota tandem Con=gregatio Mortuorum Tynecensium involavit in eandem Matriculam, ut ipsa Unius dumtaxat manus, eaq et recentiori Charactere ingrossata. Porro tam primarium Instrumentum Originalis, quam et secundarium instaurationis ip=se dictæ Unionis, inter utrumq Monasterium, nullam ipsi sese Cluniacensis Ordinis Mentionem. In uno enim ex legitur= Venerabili in Xto Patri Dom Mauritio Abbati, totiq Conventui Monasterij Tynecensis, Ord: S. Benedicti, Patavien Diœcesis: At Thomas Divina Miseratione Abbas Lubinensis, Ord: Ejusd, Dilectis Posnanien ac: At quare non additum est Ordinis Cluniacen= In altero vero = Sebastianus a Tulkow, cum Toto Conventu Fratrum, Monasterij Tyne=censis, Amicis in Xto Patribus, Priori, ac Toti Venerabili Congregationi Monaste=rij Lubinensis ac: Quæ et hic silentio de Ordine Cluniacensi.

(s.) Picturas pro Monumentis Antiquitatum passim assumi? Suf=ficienter evocemur ex Commentario Literali Historico R. P. Augustini Calmet super

ac Blogiheuses Benedictini.

Nam: Strangiol: Chist: Tynec: fol: 236.

Regulam S. P. Benedicti quomodo Picturæ sint simplices, et non ad arbitrium fictæ. Sancti = Odde, et Majolus, non soli, et præcipui fuere Magistri Reformationis Cluniacensis; cum hæc primas debeat Sancto Bernoni; Secundarias vero Sanctis, Oddoni, Ademaro, Majolo, Odiloni, et Hugoni, tanquam Eiusdem Ordinis et Reformationis Propagatoribus. Quidquid demum sit, allegatæ hic Picturæ, parum probant Lubinense Monasterium ab Ordine Cluniacensium aliquando dependisse, ideo præsertim cum hic citata meliorib. notis Argumenta. Quomodo enim ejusmodi Picturam, hoc est non alio fine factam fuisse credam? quando etiam meis in Dormitorijs Monasterij hujus pensilis video Picturas, Vitam S. Patris Nostri Benedicti præseferentes, omnino tamen quoad indegitatem habitus, a suis Ecclesijs, seu Imaginibus &c. quæ in sua Bibliotheca Lubinensi cum Vita S. Patris Bernardi Clarevallensis Abbatis habentur &c. discrepantes. Imo vero frivolitatis &c. nedum insolentiæ &c. est non Cluniacensis Ordinis Disciplinæ hoc est indicium, solum scilicet Sanctum Patrem Nostrum ibi exultatum habere prætendisse, alijs vero Capitia auferre præsumpsisse.

(c) In hoc singulari Privilegio, quam plurimas Venerandæ antiquitatis habemus notas, quæ ubi jam exoleverint, nihilominus saltem aliquales earum pro præsenti juvat habere notitiam.

Notæ imprimis pro illo tempore venandi potestatem, nec Episcopos, nec Abbates, in Sylvis, ac Ebnis, suarum Ecclesiarum protinus habuisse testatur Gomerus Lib. VIII. pag: 159. et pag: 204. Secundo, Judiciaria Potestas, contra Latrones, Spoliatores, Raptores, Bonorum Invasores &c. &c. manebat olim penes Palatinos, Castellanos, cujusq; Districtus Terræ &c. aut penes Provinciales Judices, ideo colligimus ex I. Volum: Legum. fol. 1ma Tit: de Judicibus. Quia vero Reges ac Duces Poloniæ Dominii ac Hæredes passim appellari consueverant, poterant proin, quos volebant pro sua gratia, ab arbitrio, non modo ab his Judicijs eximere; sed et eandem Judiciariam Potestatem in alios transferendo: ubi hoc factum fuisse pro Decreto Abbatis, et sui Monasterij Lubinensis ex hoc eodem Privilegio edocemur. Quia vero pro illo tempore pœnæ quædam, ac multæ ibidem expressæ veluti: Pœna Septuaginta dicta = Decollum de Gladio et Baculo = Examen ferri candentis = Examen aquæ frigidæ = et Candentis = significarent, saltem breviter eas hic expendemus.

Et imprimis Pœna Septuaginta dicta, erat Pœna quatuordecem

Marcarum, vocabatur Pœna Regia, eò, quod ea multitis Regi debebatur. Pœna Duelli, seu ut erat Glossarium ait die et in fin: Latinè: Duellum de Gladio et Baculo, aliter Monomachia: erat singulare certamen, quo ambiguæ disceptationes dirimebantur, quæ Ordinario Judicio terminari non poterant. Neq; tamen cujuis suapte Duello licebat contendere, nisi de eo subeundo prius Judex decrevisset. Dies pugnæ de quatragesimum passim a Judice indicabatur. Sacramenta s: quæ in his ordalionibus decimbre fiebant s: super Sanctam Crucem Sanctas Reliquias, aut Sancta Evangelia prosferebantur coram Sacerdotibus, vel Ecclesiæ Ministris. Arma Duello decertantium pro Equestribus Gladius, et Clypeus, pro alijs vero Baculus, et quidem tribus pedibus non longior cum Clipeo. Porro Duello ejuerendi succumbentium, pœna fuit ultimum supplicium: vel ob Sacrilegium, Capitis ultricio, vel certi membri debilitatio, aut etiam mutilatio, quo ex Capite Monachi et Clerici, ab ejusmodi Duellis eximebantur. Hoc genus Judiciorum in Poloniam à Barbaris Gentibus traductum fuisse innuit Prefatus Voluminibus Legum præmissa Paragr. 2de. His verbis= Privatorum Controversia nonnunquam Armis et singulari certamine dirimebantur.

Ferrum candens, seu Ferri candentis Judicium dicebatur, quo quis innocentiam suam tuebatur, nuda manu, illaq illesa, ferrum candens deferendo. Quorundi genus purgationis spectabat eos, qui vel ob ætatem, vel ægritudinem, vel ob aliud impedimentum, ex: gr: Clericatus, Monachatus, Duellum inire non poterant. Quibus vero Ritibus, et Ceremonijs Judicium hoc purgationis peragebatur? hi, quam plurimi enumerantur apud Dufresne, Du Cange. Nihilominus, eum qui se ad Purgationem per Ferrum candens offerebat, triduum prius Jejunio, et Oratione, ac sumptione Eucharistiæ se præparasse: institutum interim, et manu Velo involuta, cui Sigillum apponebatur, ne quis eam unctionibus adversus Ignis sensum roborantibus muniret: tum provolutum in medium, correpto, nuda manu ignito ferro, per definitum spatium tractaturum. Porro ejuerendi ferrum Judiciale vomeris formam præseferens, ubi prius ab Episcopo consecratum, passim asservabatur in Ecclesijs, seu Monasterijs, quæ ejusmodi Judiciorum Vulgarium Jus habebant.

Aquæ frigidæ Judicium, unum itidem fuerat ex Judicijs vulgaribus Purgationum, quam= Judicium Dei appellabant; qua Criminis alicujus suspectus, vel de graui aliquo facinore defectus, in aquam demergebatur: Ita, ut si supernataret nocens, ut Deus; contra, si in imum delaberetur innocens judicaretur. Colligabantur vero immergendi; quibus in ejusmodi Judicio cadebat perire vulgo dicebatur.

Aquæ ferventis Judicium, seu Examen fuit illud: quo quis de Crimine sus-

Vol: Leg: fol 251. Tom 2dus fol: 1571.

Tom 2 fol: 676.

pectus ipso purgaret, manum in aquam ferventem, nudato brachio immittebat, atq; si illaesa extraheret, innocens: si contra, Reus pronuntiabatur. Extant in Bibliotheca Lubinensis Monasterij tres Tomi Annalium Veterum A.R. Patris Benedictini, ubi Tomo II. Parte II. fol: 635 habetur = Ordo probandi Homines, de Crimine suspectos, per ignitos vomeres, Candens ferrum, aquam ferventem, vel frigidam olim usitatus. In quo varij Ritus, Exorcismi ac Ceremoniae, à Sacris etiam Ministris, circa ejusmodi Examina seu Judicia purgationum exhibitae. Quae tandem Judicia non modo Summorum Pontificum ast etiam Imperatorum, Regum ac Ducum Imperantium proscripta, damnata, ac abolita extiterunt.

(u.) Collecta illa generalis fortasse fuerat ea, de qua in Praefat: I. Vol: Legum II. sub Titulo = de Legibus ab aetate Mieciſlai = Et Inventio: quod scilicet datio = Regale = vocitata, à Coelonibus in vim recognitionis Temporalis Regis Dominij exigebatur, sed utrum in Pecunia? dubitatur. Abs: dubio enim Regni Poloniae, nullas fuisse pecuniarias dationes, testatur Cromerus in Polo = Reditus suos, et Agros nullos peculiares habebat Princeps, sed Emuncti seminabant, et metebant; de omnium rerum proventu, fructibus ipsi vectigal pendebant = Dlugoſius autem Lib: II. de eadem sic loquitur = Quilibet Colonus Mansum integrum, colens, unam siliginis, alteram Avenae Mensuram depurgati grani, absq; ullatione persolvebat, et in propinquiora Regalia Horrea deducebat, in vestitum scilicet et victum Militum eorum, qui pro pace totius Regni militabant = Ejusmodi Dationes tunc per tempora circa Annum 1496. Coralem, seu Podymne de: voluisse asserunt.

(x.) Ito hoc Abbate in Libro Statutorum Capituli Cathedralis Posnaniensis circa Stallum; tale habetur Decretum = Ibidem Andreas Dei Pater Dominus Misericors Divina Patientia Abbas Lubinensis, oblato Privilegio Fraternitatis, dudum „ Ejusdem Praedecessori, et Conventui Lubinensi, per olim Dominum Andream de Brin, „ tunc Episcopum, et Capitulum suum Posnaniense concessa et data, petiit illud „ propter Sigilli Pontificalis violationem transcribi, et renovari; ac demum se, et Conventum suum, justa hac eadem Privilegium ad Praedictam Fraternitatem propter immemorabilem suorum Praedecessorum intermissam recepti, et recepisse. Et Domini, habito super eo tractatu Privilegium ipsum renovandum, et transcribendum sub titulo „ Reverendissimi Dni Episcopi modernj decreverunt. Donationem etiam Fraternitatis pro ipso Dno Abbate dudum, et pro Ejusdem Conventu concessam, et datam ratam habentes, „ modernum Dnum Abbatem, ac Ipsius Conventum Lubinensem, ad eandem obtinendam recepisse, et recepisse, et recepisse, tali tamen adjecta Conditione, quod Ipse Dnus Florianus

„Abbas, et sui Successores in futurum assumendi, sed illorum assumptionem debe-
„rant pro installatione, ratione Cappæ dedem massas Decuniæ, pro Ecclesia Cathedrali
„Posnaniensi, quâ in Stallis residendo, et in Processionibus incedendo superpelliceatos
„quoties ipsum Dnm Abbatem præfatum, ac Successores pro aliqua Festivitate, aut pro
„Synodis celebrandis ad Ecclesiam contingat advenire, retentis in forma meliori =
„Installatio Abbatis Lubinensis die Jovis prima Julij 1529 =
Eidem præfati Domini Andream Laterem Dominum Abbatem, vigore Privilegij
Fraternitatis Eidem pro Ipsius Antecessore, et Conventu Lubinensi concessi per
Dominos prout supra videtur transcribere Decreti in Confratrem Suum ad
Ecclesiam Posnaniensem, juxta Privilegium transcribendum, et de novo dan-
dum susceperunt, Stallumq; eidem in Choro in parte Sinistra versus Septentrio-
nem Supremum per Illos Installationem assignaverunt more consueto Fabam=
Solvit Idem Dnus Floriarius 10. Massas Decuniæ pro Cappa ut moris est. Vide in Append: Sub hs:

Hoc idem Privilegium per Excellentissimum D. Antonium Okolski
Episcopum Posnaniæ, Supremum Regni Cancellarium, Ao 1704. pro re Cha-
ritatium, et non Commendatariorum ut pretendebatur Abbatum confirma-
tum, ac iterum renovatum fuit, sub acta Visitationis Suæ Cathedralis Ecclesiæ
Titulo = Abbates Lubinenses = Cum Abbates Lubinenses Ordi
S. Benedicti gaudeant Jure possidendi Stalli in Ecclesia Cathedrali, vi Pri-
vilegij olim ab Andrea de Dzial Episcopo Posnaniensi, et Capitulo facti: ensis-
dem tam eidem Privilegio, quam variis hac de re Antiquis Statutis, Eisdem
Abbatibus Claustralibus Lubinensibus, Locus competendi Stalli, in parte Si-
nistra Septentrionem versus post Canonicos decernitur, si ad ejus installationem
sui præstiterint. Salvo jedoch Ingressu pro Sacristia et Choro, ac Jure
Capellum, sit notis est præscriptum Et Eisdem Actis Statutisque Capituli
Cathedralis Posnaniensis.

Usus Installationis Abbatum Lubinensium in Ecclesia Cathedr
Posnaniensi = 1o Cappalia Aurej Hungarici 10 = 2o Juramentus Ingressus pro
Sacristia A: H: 13. 3o Juramentus ingressus Choro Minori A: H: 5 = 4o Secreta-
rio Capitulj A. H. 2. = 5o Vni Secretario A. H. 1. = 6o Vicarijs seorsivè A. H.
4 et flor: 6: 7o Psalteristis flor: 12. = 8vo Sacristiano fl: 6 = 9o Sacellano
fl: 6. 10mo Campanibus Ecclesiæ Cathedralis fl: 7. = 11o Pueris, fl: 6 = 12o
Musicis A. H. 2. = Summatotij Expensæ Aur: Hung: 41. et fl: 7. Matthæus Zymchanowski Secretar:

(4) Similis Requisitionis itidem ab Episcopo Ordinario Lozanariensi de Anno 1794. innovatæ, exemplum hic habetur in Appendice hujus Operis sub numero

(2) In Monasterio Lubinensi cum Primitivi Abbates non fuerint perpetui saltem ad Annum 1378. Rej hujus motiva nos latent. Relationi nihilominus hic ex Nanirro adductæ s: ac si modo primum posterioribus annalibus saltem à Benedictinis pro perpetuitate Abbatum laboratum fuisset pro omnia inficiamur. Quippe in Gallia et Hispania juxta nostrum R. P. Calmet, Abbates ab Episcopis vulgo Ordinabantur usq ad Seculum VI. Quod colligitur ex Concilij Epaonensis Can: 19. ita statuente = Abbas si in culpa reprehensus, aut fraude, si innocentem se asserens ab Episcopo suo accipere noluerit Successorem, ad Metropolitani Judicium deducatur = Hinc Abbas moribundus s: juxta Eundem Commentatorem: Successorem sibi designabat, et eligebat, præsente tota Congregatione. Dein nondum mortuo Abbate ægroto, vehiebat Episcopus, qui Missam celebrabat; et si jam defunctus erat Abbati Prædecessori, Novi Abbatis nomen in Dyptycis inter viventes loco prioris Abbatis, et Defuncti ante nomen, inter quiescentes inscribebat. Si tamen Abbas adhuc defunctus non fuerat, tunc post Nomen ejus, novi Successoris nomen inscribebat — Sique forte sanitati restitutus Abbas Prædecessor defunctus non fuerat, omnem priorem Statum Dignitatem, et Prærogativas recipiebat nihilo sibi Novitor ordinatus et illa hora de Horore constitutæ viventibus — Si vero ob subitaneam mortem, nullum post se Abbas vivens designaverit Ordinandum; Episcopus illius Diœcesis vicinia diebus cum Fratribus habitabat, considerabat, quis pro alijs in Observantia Regulari sit exactior, ad hanc Dignitatem dignior, et mox Sancte Orde Eum omni Congregatione subito appellebat Ejus Manum, quem invenerat de omnibus melliorem, et tunc demum secundum Regulæ Statuta Abbatem illum instituebat = Et hæc quidem licet ex Regula Magistri desumpta sunt, militant attamen pro nostra assertione ea eo, quod Author illius multa ex Regula S. Patris Nostri hauserit, et in Gallijs degerit. Quo vero ad alia, Italiæ videlicet, Germaniæ, ac aliorum Regnorum Monasteria, in Illis Monachi, juxta tenorem Regulæ eligebant Abbates ad Vitam duraturos. Modo primum enim duæ duntaxat Congregationes, videlicet S.ta Justinæ in Italia, circa Annum 1410. et Vallis Oletanæ in Hispanijs, circa Annum 1436. erectæ præsidentes Commendarum pericula; nec non Abbatum Regularium singulos

Commentat. Lit: sup: Reg: Cap: 64.

Aug: Calm: Cath: Ord: Relig: fol: 483.

Omnis Monasterij Authoritas, et abrogata Potestas resideret: / perpetuitatem minus approbantes, et hujus extinctionem et Mensarum Abbatialium Suppressionem à Summis Pontificibus Martino V. et Eugenio IV. impetrarunt, retento Titulo et Dignitate Abbatum, et perpetuis, temporaneos, et amovibiles servandi Patres Abbates, et Nos in Polonia Congregatione nati sumus ausione Duorum Monasteriorum in Lithuania nostrer ad Normam Congregationis Cassinen. Sae Justinae et eidem, ibi Horodiensis circa Annum 1669. et Nowosielensis Ao 1673. fundatorum, in quibus Officium Abbatum quotlibet quinquennio terminatur. Cui cum juxta Privilegia à Summis Pontificibus eidem Congregationi Cassinensi data, gaudeant omnibus Privilegijs, quibus et Benedicti perpetui Abbates; non indigent solemni Benedictione Episcopi; quam etiam nunc Abbates perpetui, et praescripto Canonum ab Episcopis Ordinarijs petere, et recipere obligantur. Imo vero et hoc ipso Capite possit hic moveri difficilior Quaestio; A quo nam tempore? Et ex cujus Authoritate Primi hujus loci Abbates usum Pontificalium assumpserint? Quippe Ratio prima Dubitationis fuit etiam, quod alia posset etiam Chronologus in margine Charta citaverit Suffectum negantem Benedictionem impertiri debere Abbatibus temporaneis, qualis tamen Lubini ab initio fuere. Sed hoc dubium forte solvetur Resolutione Navarri dicentis; non omnino requiri in illis locis Benedictionem Abbatum, ubi haec frequens in usu non convenit, modo Electionis suae causam Confirmatio à quo est Jure. Cum autem Ejusmodi Electiones Abbatum Lubinensium, passim ab Episcopis Posnaniensibus, qua suis Ordinarijs approbarentur: / ut patet ex Instrumento Submissionis Andreae Episcopi Posnaniensis Casimiro III. Regi Polonia Posnaniae Ao 1460 hoc in genere datae: / hinc, et quoad alteram partem solvi potest quaestio, Abbates scilicet Lubinenses, et quatenus ad clavum sedere expectat, Ordinarijs subjecti erant, Ejusdem Auctoritate juxta praescriptum Pontificalis Romani = De Benedictione Abbatis Authoritate Ordinarij = Benedictos, adeoq et de usum Pontificalium admissos extitisse. Maximè ubi et posterioribus Caulis, ut in Anno 1551. sub Dnō Gregorio Archi-Episcopo Gnesnensi, hanc in rem sequentis tenoris in Synodo Provinciali emanaverat Constitutio = Ut Reverendissimi Dni Loci Ordinarij occurrente cujuscunq Abbatiae Regularis vacatione, statim ut intellexerint de vacatione Abbatiae talis, Viros maturos de Gremio Sui Capituli

Idem in Praefat: ad Constit: sup: Reg: fol: XLIII.

Consil: Lib: III. de Regul: Consil: VI. nr 5.

pro die constituta Electionis ad Monasteria sic vacantia mittant, qui hujusmodi Electioni interesint. diligenterq. Conventus Monasterij eorum admoneant; ut ad Abbatias sic vacantes, Viros Pij, Graves, et Exemplares, Regulq. peritj, ac vitae Sanctimonia conspicui, et ad Res gerendas idonei eligantur, et promoveantur= Quod idipsum habetur in alia quoq. Constitutione Provinciali Wojciechoviana sub Nro 1634. et passim alibi, vti in Libro V. eiusdem Constitutionum Provincialium.

Sub hoc Abbate Monasterium Tynecense Literas Philadelphicas seu Unionis, ac Castitipationis Spiritualis, miserat per Fr. Paulum Professum Tynecensem Monasterio Lubinensi, cui vicissim Ipsi similes in Anno 1097. suo ac Conventus Nomine reposcerat; cum tamen de his tacent hae Antiquitates. Quae in Puncto legantur supra à Nobis facta ad hanc rem Annotationes, hic fiat

(a.a) Praeter hic annexas submissiones Abbatis, et Conventus Lubinensis, circa futuras Abbatum suorum Electiones; tum et Episcopi Posnaniensis circa eorundem Confirmationes, ac Benedictiones nullibi legimus aliquod Statutum Speciale in Comitijs Lanciciae Nro 1640 celebratis pro solo ac si Conventui Lubinensi latum aut emanatum. Quippe tam in voluminibus legum, quae apud Herburtum fol: I. Tit: Abbas= quam et solis pernantur praedictae Submissiones, s: quae sensim, si forte per subsequentia Generalia Comitia fuit habita, vim Legis obtinuisse creduntur; licet interdum non omnino executioni datae extiterint. Quando quidem Iusta antiquitates hujusce Monasterij mortuo hucusque Abbate, Fratres illorum in praefixa ac disquestionata Possessione Electionis posteriorum Abbatum usq. ad Annum 1528. perstiterunt. Quo tunc Anno Andreas de Bnin Episcopus Cosmariensis contra omnia Iura, ac Civilia Iusa Florianum à Zebia Ord. Praedicatorum proprio motu Abbatem huic Monasterio intrusisse legit. Quo demum defuncto, ac è Monasterio pulso, iterum liberas Electiones Abbatum Monasterij resarciverint, usq. ad Paulum Chrynalli Abbatem hujus loci, cui in Nro 1564. Sigismundus Rex Poloniae, praemissis Literis suis cum Nuncio Andrea de Gorka Comite, Stylosium Krzyzowski Scholasticum Vladislaviensem Sedem vero Secretarium in Coadjutorem Abbatiae cum Successione obtruserit. Quae proinde

ejusmodi Coadjutoris Secularis Presbyteri, Regulari Abbati illo potissimum Seculo
insolubilis submissionis administratio, & si effectum non fuerat secuta; mortuo nihilominus
Chojnavio Abbate, subsequens Electio Andreæ Chorzeowskii Abbatis adeo mul-
tis litibus fuit implicata, ut pro illius effectuatione, Regiæ potius Auctori-
ti, quam suæ Regalitati subtumbendum duxerint Fratres. Quod et in Stani-
slai Kiszewski Electione denuo innovatum fuit. ac hac mortua plenaria tandem pote-
stas nominandi Seculares Prælatos ad Abbatias Regularium ad Reges trans-
meavit, relictis nonnisi quibusdam accidentalibus: veluti superficiali à mona-
chis Electione = hujus, & non alius = a Rege commendati Secularis Abbatis,
Juxta installatione, acceptatione, ac in omnibus eidem ſ. ut in ante Regularibus
Abbatibus: ſ paritione, ac subjectione; de quibus singillatim suo tandem in
loco dicetur. Hic vero solummodo subjiciendum occurrit, cur pro illo tempore, quo Rex
Casimirus Lopnaviæ morans Nuntio Alberto Abbatem Cubinensem de se condu-
cens, non etiam alios Abbates; veluti: Tremesnensem, Mogilnensem, Lubinense,
Bremberensem, Obrensem &c: ad ejusmodi sibi exhibendas submissiones adegerit? aliosq;
pariter Episcopos: ne suo in Diœcesibus saltem a Monachis Electis Abbatibus
manus benedictionis ac institutionis Ordinariæ impenderent, ac submittendum non
obligaverit? Quod utiq; noster Chronologus uti illi duo vicinior digito sattim attu-
gisse debuerat; quod pro presenti loco advenio, ac difficile sit investigare, nihilomin-
quantum licet supponimus non aliò ex motivo id factum fuisse, nisi quod eodem Anno
1480 ſ. quo Rex Casimirus Electionibus Canonicis Spiritualium ac si ex Jure majes-
statico sibi debitis, de se immittere præoccuperat: ſ hujus Alberti Abbatis Electio acci-
derat, quam dum cassare non poterat, saltem aliquod præjudicium futuris Electionib.
Abbatum per ejusmodi extortas submissiones in posterum inferre non neglexit.

Dixi = ac = si ex Jure Majestatico = Hoc enim Jus iam antea in alijs Eu-
ropæ Regnis Imperatores, Reges, Principes, Comites, imo & Domini terræ passim, sibi
usurpasse, adeoq; & vindicasse variis et Authoribus ac Scriptoribus edoctemur. Eque
non numero Petrus de Marca in sua Concordantia Sacerdotij et Imperij, Lib: 2.
Cap: 1. asserit: quod = Contentio illa: quæ Corpus Ecclesiæ in duas veluti fractiones divi-
sit - - - non aliunde scemptis Originem, quam ex Episcopatuum ac Abbatiarum

Investituris quæ per Annulum et Virgam seu Baculum ab Imperatoribus conferebantur. Quæ quidem Gregorius VII, et Eum secuti Pontifices, Urbanus II, Paschalis II, libertati Ecclesiarum adversas asserebant. Econtra Henrici Imperatores ambo, Pater et Filius, eas in eorum Juniorum Censum referebant; quæ a Carolo Magno quæsita, Imperio per longissimam temporis seriem vim irretitivi habere profitebantur, a quibus illis eludere fas non esset, quamdiu Imperium retinerent. Exemplo Imperatorum alii quoq; Reges multi simile Jus investigendi ad Episcopia et Monasteria per Annulum et Baculum sibi asseruerunt, adeo, ut in Gallia justa Du Dufrene, Monasteriorum saltem Regalium ea fuerit prærogativa, ut eorum Abbates, nonnisi ab ipsis Regibus, vel certe eorum nutu instituerentur, eligerentur, et investirentur, adeoq et installarentur. In Monasteriis vero, ubi Electio locum habebat, fiebat illa Regis consensu prius expetito. Unde citat Sugerius in Lud: VI. pag: 310: Adamo Abbate Sandionysiano mortuo, se in Abbatem, a toto Conventu electum, sed quia inconsulto Rege id factum fuerat, Eundem, Regem noluisse Electionem admittere. Proinde in hujusmodi Monasterio defuncto Abbate Baculus Pastoralis ad ipsum Regem deferebatur; quem Ille mittebat Ei, quem Abbatia investire optabat. Et licet Henricus V. Imperator primis de consensu Patrum omnibus relictis Capitulis Cathedralibus et Monasterialibus liberam Electionem Episcoporum et Abbatum; Quibus nihilominus Investiturarum et integro cedere voluit, quamdoquidem non jam per Annulum aut Baculum saltim attamen per Sceptrum quoad temporalia scilicet investigendo sibi illud caverendum voluit. Jam vero in opere R. P. nostri Martene: De antiquis Rit: mon: Lib: 5. cap: 3. circa Annum 1235, insuper habemus copias petitionum et postulationum Regibus à Monachis, tam quoad permissionem Electionis Abbatum, quam et Confirmationis earundem, porrectarum in hac videlicet forma: = Excellentissimo Domino, ac in Christo Reverendissimo Henrico Dei Gratia Illustri Regi Anglorum, Domino Hiberniæ, Duci Normanniæ et Aquitaniæ, Comiti Andegaviæ, Devoti sui semper et humiles, Prior S. Albani, et Ejusdem Loci Conventus cum omni humilitate et devotione, æternam in Domino salutem. = Vestræ innotescimus Excellentiæ, quod Venerabilis Pater noster N. quondam Abbas

Ecclesiæ nostræ in fatale decessit. Ideoq Dilectos Fratres nostros N. et N. Latores Præsentium ad Vos destinamus, Excellentiæ Vestræ omni qua possumus devotione, et lachrymarum effusione flexis genibus supplicantes, quatenus Divinæ Pietatis intuitu, nobis Gratiam impertientes, eligendi Pastorem, liberam concedatis facultatem, Statui Domus nostræ miserieorditer, si placet, compatientes, justa necessitates, quas dicti Fratres nostri Vobis dicturi sunt exprimendas. Valeat Dignitas Regia in æternum. &c: = Et hæc quidem pro impetranda Electione = pro Confirmatione vero talis iterum habetur postulatio. = Illustri Dno Suo, ac Magnifico Henrico Dei Gratia Regi Anglorum. &c: &c: Devoti semper, et humiles N. Prior S. Albani et Ejusdem Loci Conventus cum omni humilitate et devotione æternam Domini Salutem. Regiæ Excellentiæ Vestræ Dominum Joannem Priorem de Hertford Virum idoneum et honestum, quem de Benignitate et Prudentia Vestra nobis congruum est, in Patrem nobis elegimus, et Pastorem præoptamus cum omni humilitate et Devotione supplicantes; quatenus ei innata Vobis Benignitate, solitaq Clementia erga nos, et Ecclesiam nostram conepta et habita, dictum Joannem Electum nostrum in gratiam recipiatis, Vestrum eidem Consilium, auxilium, et favorem, Divino si placet intuitu Pietatis impendentes. Valeat &c: &c:

Nullum igitur dubium remanet, quin justa hic allegata ac ibidem Reges Poloniæ quid simile circa Electionem Abbatum Lubinensium prætenderent. Nam licet Monasterium Lubinense non fuerit Dotationis, ac fundationis Regiæ, juxta nihilominus relationem nostri Chronologi hic supra fol: factam ex solo Titulo ac formula Confirmationis, videlicet: Damus, donamus, approbamus, &c: Jus ejusmodi in se, suosq Pastores redundasse omnino debere credebant.

(66.) Is natus fuerat Joanne Laniciensi Palatino Matre vero Lupitska et quidem Literis et Pietate instructus Monachus deinde Lubinensis in Anno sub Abbate Chojnacio, et dein Abbas Lubinensis factus, post obitum Valentini Herbut, a Henrico Valesio Rege Poloniæ, Premisliensis Episcopus nominatus, à Gregorio XIII. Papa confirmatus, ob ingentes in Polonia, præcipuè in Russia motus, Ecclesiam suam adire non valuit. Tandem Stephano Batoreo

Rege itidem Poloniæ adnitente Posnaniensis Antistes in Ao 1577. renuntiatus — Collegij Posnaniensis S. J. quod Adamus Konarski inchoaverat, dotem auxit Boric Januszewice et Stuzka cum Conventu Capitulo attributis. Cathedralem Ecclesiam renovavit, &c: Tridui morte obitum paralysi tactus obijt 1597. sepultus Posnaniæ.

(cc.) Signate hæc verba, notate mysteria; qui hanc pulcherrimam partem Antiquitatum Monasterij Vestri Lubinensis lectum estis Patres Religiosi, ac Patres Admodum Reverendi. Bartholomæus Cisnicius Confratres Vester, gemitibus non modo suis quam morte Thiszewij Regularium Professorum Lubinensium Abbatum Livoram, sed et suspiria pro eo, qui ejusmodi successorum reparet interruptam seriem, suog Monasterio verum ac genuinum restituat Parentem. Probe quippe noverat non aliter in Claustrio vitæ, vel certe collapsum monasticum Ordinem restitui posse, nisi per Regulares Abbates; quandoquidem non aliunde, sed ex ipsorum te Sti Regulæ hausérat; ubi Cap: 3. illud legitimorum Monachorum Cœnobitarum dicitur esse genus, quod DEO sub Regula, et Abbate militare edicitur. Cum vero Abbes S: justa Calmetum nostrum: S Regulæ sit velut anime ac Interpres S: quippe cui et debito incumbit, ut primo quis Regulam observet, abaliis observari curet, eam deinde explicet, temperet, ac in certis eventibus dispenset: S quibus non lachrymis sortem sui Monasterij deplorare non debuit, ubi ab experientia didicerat, rem Monasticam non à Pastoribus legitimis procurari, sed à mercenarijs potius distrahi; Corpus Congregationis non a proprio, sed alieno, ac tibi per vim imposito Capite regi ac informari. Enim vero Abbates isti Adhibitij vulgo Commendatarij dicti S: quorum institutio Regulæ Monasticæ plane contraria fuit S: Monasteriorum plenam gubernationem sibi arrogabant, Monachorum Congregationibus præficiendo, Capitula Generalia convocando, in illisq Statuta condendo, Superiores imponendo, sicuti et destituendo, Et licet talis protensa convendo usurpatio monstro similis et quasi pro portento ea semper habita fuerit, a Concilijs, variis promulgata edictis; nihilominus in expeditionibus Romanis seu aliarum talium Commendatariorum Abbatum à Regibus nominatorum Pontificijs

Confirmationibus, plena quoad Monachos Monasteriaq. taliter commendata jurisdictio interdum datur Juri dictio, idq. tam in spiritualibus, quam et in temporalibus &c. Qua in re ne forte nimis extraordinibus plus altro indulgere censeamus, hinc vel pro tota hac praemissorum confirmatione apponimus punctum. Punctus 5tus et Literis à Communitate Lubinensi Eminentissimo Capitio S. R. E. Cardinali, pro tunc in Regno Polonia Apostolico nuntio scriptis. —— Quoad Reverendissimos Abbates Commendatarios. Caeterum utuntur sua Jurisdictione, tam quoad Monasterium, quam quoad Monachos in temporalibus, et in spiritualibus in Domo Dei pro libitu disponendo, ordinando, Monasterium, et Monachos continuis vexis conturbando, Milites gregarios in oppressionem Monachorum submittendo, saepenumero non tam zelato cultum Divinum, quam ab aspectu Paterno degenerez, contra, et inter Monachos, motus et jurgia excitando, quandoq. ineptos Regimini Priores, tum et caeteros Monasterii Officiales instituendo, moresq. vero et optimis ad promovendam Observantiam Regularem de Monasterio expulsos, atq. ad alia Monasteria remissos. Beneficia data et Juspatronatus sine consensu Monasterii Rndssmi Dni Monasterii Abbatis Commendatarii Personis minus idoneis damnificantibus Beneficia, in dicta Abbatia conferendi cum convulsione Juris Monasterii. Plura inconvenia, et gravamina à Reverendissimis Dnis Abbatibus Commendatariis, monasterio et Monachis illata, in enixis vestris Literis nostris Eminentissimae Celsitudini Vestrae pro rei veritate humiliter exposuimus et etavimus. His omnibus in loco Capitulari Monasterii nostri Lubinensis cum praefato dicti Capituli consensu, conscriptis et consignatis Eminentissimae Celsitudini Vestrae, easdem Litteras salvas, et instactas, nomine totius Capituli, humiliter transmitto et me intimo —— Datus Joannes Lichtowicz Prior Monasterii Lubinensis, Ordis S. Benedicti. Datum in Capitulo Monasterii Lubinen. Anno Dni 1607. D. 26. mens. Septembr.

Manet nihilominus Lubinense Monasterium sub tali Commendatariorum Abbatum Despotico Regimine Centum et amplius annis, sublatis ab Obitu Nisseusi Ultimi Claustralis Abbatis usq. ad Annum 1737, quo tandem Status Regni Poloniae cum Sancta Sede Romana circa nonnullas Abbatias

in post commendandas, invitis, ac rabhabitis articulo primo specialiter in hunc mo-
dum cautum fuit. =

Quod sit libera Electio Abbatum Claustralium ac Superiorum Regula-
rium in quovis Monasterio independenter a qualibet Superiori Regia dispositio-
ne interveniendi. Abbati quoq; Commendatario nulla licet minima competat
Jurisdictio, tam in Spiritualibus, quam in temporalibus quoad Monachos, eorum
Bona, Ædificia, templa, et quoad Monasticam disciplinam ac Regularem Institu-
tum exercito sibi Jure honorifico. Monasteria in Congregationem redacta immè de-
pendentiam habebunt ab Eorum Abbatibus, Superioribus Claustralibus aliisq;
Superioribus Generalibus Congregationum respective. Monasteria vero quæ non
sunt in Congregationem redacta, dependere debebunt a quo de Jure juxta divisio-
nem Sanctæ Sedis. = Et cum in jisdem concordatis sub Articulo 5to statuatur,
quod = Firmata Divisione ac totali independentia ab Abbatibus Commenda-
rijs cum indifferens Serenissimo Regi et Rej-Publicæ futurum esse debeat, quod
in Monasterijs Commendatis constituantur Abbates Claustrales, seu Priores ad
Triennium, statuet super hoc Sancta Sedes, in quod assumptis necessarijs infor-
mationibus Monastica Disciplina uniformius existimabit. = Hinc ab illo primo
tempore Monasterium Lubinense regi cepit per suos formales ac legitimos Supe-
riores, videlicet Priores triennales, taliterq; quo modo fortasse regeretur, ut pote in
fundamento, et præallegati articuli 6ti Concordatorum, et in virtute ejusdem inno-
tor Decreti Romani, utiliter Sæ Congregis Episcoporum et Regularium de Ao 1738.
editi, statuentis: ut in Monasterijs commendatis Priores deputentur. Verum ubi in
anno 1743. Stanislaus Bartoszewski Monachus Neuzisiensis, pro tunc Romæ
Congregationis Benedictino Polonæ Generalem Procuratorem agens, non obstante Ejus-
modi Sacræ Congregis Decreto Bullam erectionis Abbatiæ Claustralis, in Commen-
dato Monasterio Tynecensi pro sui Persona exportaverat, edequiq; fecerat; ad eandem
Bullam Scandali sumendi tempore, nempe circa Annum 1765, attiserat alios spa-
liter Neuzisiensis Monachus Pater Leobardus Grzybkowski, qui quidem a suo
Superiore Rmo Paulo Szebeski, Abbate Neuzisiensi, Romam seu Curiam Casinum

Studiorum causa missus, a Praside Congregationis pro tunc Illmo Michaele Zoltowski non modo consensum obtinuit sed insuper et Litteras ab Illmo Generali pro Congregatione Benedictino Polona in Urbe exercenda certibus ac fundibus fulcit supponitus fecit. Homo is a natura sua inquietus, genioq nihil non attentandi instructus, de vigenda, ac tandem per se simili modo capessenda Abbatia Claustrali Lubinensi agere cepit. Verum ubi ejus subditi ante Congregationi et potissimum Monasterio Lubinensi inclinarant, Superiores, omnem conatum suam in id fere convertisse, ut ejusmodi Personatum Provinciatorem declinarent, Romaq petii omnino allaborarent, sed in cassum. Quippe is talis et tam pertinax, non modo fortius, sed etiam dolosius rem duxam pro adipiscenda Abbatia Claustrali Lubinensi, qua subsidijs, qua demum consilijs et artibus a suo Abbate Nouicium sibi studio subministrari solitis instaurare non desistebat, donec tandem de his omnibus ejus tentaminibus Lubinense Monasterium, tam a suo Diocesano pro tunc Celsmo Theodoro Castorgilii, tum ab alijs primis Confederationis in Regno Polonico viris, sufficientissime informatum, in eam tandem desistere debuit sententiam; ut potius alium affectatum daret et Canonicè electum, non veto a quopiam intrusum ac provisum nanciscretur Abbatem. Ad quam dignitatem in anno 1760. sorte electus fuit Rmus Franciscus Starzenski Vir Illus, et a Natalibus Sti Clarus, ut pote Josephi Castellani Gnesnen et Michaelis Capitanei Brandicensis plurimum tunc apud Augustam Regem Tertiam Poloniæ Valentium germanus; tum Religiositate ac Eruditione, a teneris fere annis hic Lubini, ac Posnaniæ in Collegio Patrum Societatis Jesu optime instructus, deinde in Academia Cracoviensi ad Lauream Doctoralem promotus. Cujus Electio licet et ipsius Claustralis Abbatiæ Roma à suspecto Patre Leobardo Gniezneusti multis totis ambagibus diu satis impediebatur, donec tandem in a. 1776 ejusmodi expeditis pro Persona dicti Rmi Francisci Starzenski electi ac confirmati Abbatis, plenarie terminata ac effectuata extitit. Cujus tandem obtenta Bulla a Celsmo tunc Loci Ordinario solemni Benedictino Pastorale Ludum ocasumenso, exstitit usq ad Annum 1779, quo tandem Die undecimo M. Octobris in sua Villa Abbatiali Gorka Lubinensia, diuturnis morbo decumbens, vita functus est, sepultusq in Monasterij Patrum ac Fratrum hujus loci quiescit.



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.